BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
34
3 M B
11

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

34.3.B.11

COLLEG. ROMANI BIBLIOTH. IHS

FELICIS CONTELORII

I. V. ET SACRÆ THEOLOGIÆ DOCTORIS, ET IN ROMANA CVRIA Aduocati.

ILLVSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO D. D. Fr. Iſidoro Aliaga, Archiepiſcopo Valentino Regioque Conſiliario, &c.

Athenięſes olim, Præſul meritiſsime, non ſolùm Diis Patriis, ſed Peregrinis quoque, Ignotis, & exteris ſacrificabant. Quippè ſatis intelligebant virtutem, vbicumque inueniretur, dignis honoribus cumulandam eſſe. In hoc ſolùm errabant, quod diuinis exornandam

eſſe arbitrarentur. Et reuerà Virtutis ea eſt virtus, vt nedum à ſuis celebretur, ſed & ab exteris ſuſpiciatur. Eâ igitur in Athenienſium imitator tibi libellum iſtum nuncupandum eſſe duxi, tametſi diſparitas regionum, in quibus nati ſumus, ab illo me officio retardare videretur. Tanta eſt enim virtus genuinæ tuæ virtutis, vt ab Vrbe Valentiâ, cui Epiſcopali præes ac præſides dignitate, ad iſtā Lugdunenſem (vnam ex præcipuis liliali huiuſce Imperij vrbibus) eius odor diffundatur, imò totum peruadat orbem. Adeo vt dum humilitatis ſenſu commota magis ac magis latere cupit, eô magis innoteſcat. Neque verò latére poteſt, quando magis latére putat, cùm & ſuprà cæ-

lum

lum ſit, & nihil quod diuinum eſt retrudi poſsit, ſeſe ingerens vltrò oculis, nec vllis terrarum ſpatiis definiatur, laudémve fugere queat, quod laudem capiat, dum non cupit. Nam quantò magis fuga ſæculi te ignotum ſæculo debere reddere videbatur, tantò magis effecit notum. Vnde à ſacer ordine Prædicatorum fœliciter aſſumptus Valentinæ Eccleſiæ non ſine magno delectu fuiſti, ſed nec ſine magnâ Ciuium acclamatione præfectus. Quo in munere quantò magis per ſapientiam laudes fugis, tantò magis meréris & excipis, quanquam & negligas ſapientiùs, quia illud habet fœlicitatis ſplendidum tuæ virtutis decus, vt dum apud te incultum iacet, tũ à tuis ouibus, tum

à peregrinis præconibus excolatur, propagetur, celebretur. Quod cùm ità ſit, nemo miretur, quòd tuæ amplitudinis ſplendore geſtiat coruſcare opus huc, exiguum quidem, ſi voluminis paruitas conſideretur, magnum tamen & deuouentis affectu, & Scriptoris celebritate, quod, cùm Author id non præſtet, tibi velim eſſe ſacrum. Nam tuum dum iactat nomen, tui vim nominis fauſtique ominis excepturum eſſe, vbiuis gentium reperiatur, in ſeſe recipit ac pollicetur. Et ſi illud, multò magis per quem illud tuum eſt, qui omninò tuus eſt, & tuæ celſitudinis.

Humillimus Seruus & cliens.

LAVRENTIVS DVRAND.

APPROBATIO Doctorum.

NOs infrà ſcripti in Sacra Theologiæ facultate Pariſienſi Magiſtri, fidem facimus, librum cui titulus eſt, *Felicis Contelorij I. V. & ſacræ Theologiæ Doct. & in Romana Curia Aduocati, de Præcedentia debita Religioni Prædicatorum, Eiuſque Reuerendo Magiſtro Generali in ſeſsionibus & aliis actibus Publicis & Priuatis*, diligenter perlegiſſe nihilque in eo contrarium Orthodoxæ ſanctæ Romanæ Eccleſiæ doctrinæ reperiſſe, Lugduni 25. Octobris Anni Domini, 1627.

Fr. IVLIANVS IOVBERT,
Magiſter.

Fr. CL. COCHET.

CONSENSVS
Procuratoris Regij.

FElicis Contelorij *Iuris Vtriuſque & ſacræ Theologiæ Doctoris, & in Romana Curia Aduocati, tractatum de Præcedentia debitâ ordini Prædicatorum eiuſque Reuerendiſsimo Magiſtro Generali in ſeſsionibus & aliis actibus Publicis & priuatis* à DD.approbatum, in Lucem edi à Laurentio Durand Lugdunenſi Bibliopola non impedio die 25. Februarij 1628.

PVGET.

FACVLTAS
Imprimendi.

PErmitto hunc librum in lucem mitti, factum die 29. menſis Februarij, 1628.

AVSTREIN.

FELICIS CONTELORII I.V. ET SACRÆ THEOLOGIÆ DOCTORIS; ET in Romana Curia Aduocati,

QVÆSTIO I.

De præcedentia debita Religioni Prædicatorum, eiúſque R. Magiſtro Generali in ſeſſionibus, & aliis Actibus publicis, & priuatis.

SVMMARIVM.

ORDO ſancti Spiritus in Saxia, & Religio ſancti Dominici, quando fuerint inſtituta, n. 1 & 8.

Ordo prius inſtitutus & approbatus præfertur poſterioribus, n. 2. & 10.

Præcedentia debetur ei, qui eſt à maiori & digniori inſtitutus, n. 3.

Excellentia, & dignitas veſtis arguit maiorem excellentiam & dignitatem, n. 4.

Plures habens dignitates præfertur habenti vnam, n. 5.

In materia præcedentiæ attenditur conſuetudo, num. 6. & 58.

Ex ordine ſcripturæ arguitur præeminentia. d. n. 6.

Præcedentia competit etiam ex priuilegio, n. 7.

In claris non eſt opus diſputatione, ſub d. n. 7.

Præceptoria ſancti Spiritus fuit ſuppreſſa per Iulium III. n. 9. & 39. vnà cum omnibus priuilegiis, n. 55.

Religio Prædicatorum præfertur aliis Religionibus mendicantibus, n. 11.

An Conſtitutio Gregorij XIII. comprehendat omnes Ordines Mendicantium; an verò ſolos Mendicantes eiuſdem Regulæ, n. 12.

Ex priuilegio Pij V. & Clementis VIII. Fratres Prædicatores præcedunt omnes alios Mendicantes, & Regulares, n. 13.

Habens maiorem poteſtatem, adminiſtrationem, & iuriſdictionem, præfertur habenti minorem, n. 14.

Ratione Clericatus præfertur Religio Prædicatorum

torum Ordini ſancti Spiritus,n.15.

Sicuti Canonici Lateranenſes etiam propter clericatum præcedunt Monachos Benedictinos,n.15.

Ordo ſancti Spiritus in prima ſui inſtitutione erat laicorum,n.16.& 17.

Fundamentum ſuæ intentionis actor probare tenetur,n.18.& 34.

In congregatione, in qua quis interuenit vt conſultor, non habentur in conſideratione aliæ dignitates,n.19.

Epiſcopus, vel Marchio Conſiliarius, ſedet in Concilio in loco ſuæ receptionis,licet alij non ſint Epiſcopi,vel Marchiones,n.20.

Cardinalis filius Regis non præfertur aliis Cardinalibus antiquioribus,n.20.in fin.

Auditor Papæ Epiſcopus, vel Patriarcha,ſedet in loco ſuæ receptionis,n.21.& 63.

Cardinalis Camerarius, *& Vicecancellarius ſedent in loco ſuæ creationis,n.22.*

Vbi agitur de Collegiali *præcedentia,dignitas non* Collegialis,*quantumuis magna, non attenditur,n.23.*

Epiſcopus Canonicus *, ſeu eius Vicarius* Canonicus*, non præcedunt alios* Canonicos *, num. 24. ſecus extra* Collegium, *num.63.*

Epiſcopus ſcholaris non præcedit Rectorem ſtudij, n. 25.

Prælatus perpetuus præcedit Prælatum non perpetuum, ſed ad tempus, n. 26.

Generalis Prædicatorum præcedit Decanum Rotæ, & Protonotarios in Congregatione ſancti Officij, n. 27. & 45.

Auditores Rotæ præcedunt Commendatorem ſancti Spiritus, d. n. 27.

Si vinco vincentem te, multò magis vinco te, d. n. 27. & 46.

In Congregatione ſancti Officij interuenit Generalis, & Procurator generalis Prædicatorum, & Commiſſarius Inquiſitionis ex eius inſtitutione, n. 28.

Generalis Prædicatorum, tanquàm ſucceſſor ſancti Dominici, primi Inquiſitoris, præfertur omnibus in Congregatione ſancti Officij, exceptis Cardinalibus & Epiſcopis, n. 29. & 30.

Fundator iuriſpatronatus habet præeminentias in Eccleſiam, quam fundauit, num. 30.

De electione ſancti Dominici in primum Inquiſitorem, & de poteſtate Generalium Prædicatorum in creandis Inquiſitoribus, hiſtorica narratio, n. 31.

Non conſtat, An Ordo ſancti Spiritus ab Innocentio inſtitutus hodie exiſtat, n. 32.

Non entis nullæ ſunt qualitates, n. 33.

Probatio dubia non releuat, n. 35. & 67.

Ordo ſancti Spiritus enuntiatur Ordinis ſancti Auguſtini, n. 37.

Præceptoria fuit reſtituta, & an acquiſiuerit iura & priuilegia, quæ priùs habebat, num. 38. & 39.

Reſtitutio alia eſt ex gratia, alia ex iuſtitia. Reſtitutio ex gratia non tollit ius alterius medio tempore quæſitum, num. 39. & 40. Secùs reſtitutio ex iuſtitia, num. 38. & 42.

Decurio delegatus, Doctor expulſus de Collegio, Canonicus renuntians, priuati iure Collegij, ſi reſtituantur, non recuperant priorem locum, n. 40.

Etiamſi reſtitutio ſit facta cum clauſula, Motu proprio, *& aliis ampliſſimis, quia ſimiles clauſulæ non tollunt ius alteri quæſitum, niſi adſit derogatio regulæ de iure quæſito non tollendo, n. 41.*

Concluſio, quòd inſtitutus à maiori præcedat, intelligitur cæteris paribus, & eſt vera de æquitate, non de iure, n. 43.

Argumentum ab habitu ſæculari non procedit

ad habitum regularem in Prælatis,*& Cardinalibus,n.*44.

Generalis Prædicatorum *præcedit Auditores Rotæ, Clericos Cameræ, Abbreuiatores de* Parco *maiori, qui gerunt rochettum, & mozzettam,n.*45.

Magiſter ſacri Palatij *præcedit in Capella* Pontificia *omnes Auditores Rotæ, excepto antiquiori,n.* 45.

Commendator ſancti Spiritus non eſt Protonotarius; *poteſt tamen inſeruire in Congregatione Secretariorum,num.*47.

Secretarij apoſtolici, & Protonotarij *ex priuilegio non præcedunt alios* Prælatos,*n.*47.52.

Priuilegia Papæ *in alterius præiudicium ſtrictè ſunt intelligenda,n.*48.

*Diffinitor creatus ex priuilegio, non præcedit ſolenniter & de iure creatos,n.*49.

*Canonicus coadiutor ſedere debet poſt omnes Canonicos,n.*50.

Priuilegia Protonotariorum *conceduntur honoris gratia,n.*51.

Protonotarij *ex priuilegio non habent locum in Capella,n.*53.

Propter *magnum numerum vileſcit dignitas, etiam Referendariorum,n.*54

Generalis Prædicatorum *præfertur Generali*

ſeruorum,num.56.

Multiplicatio plurium iurium in eadem perſona,quorum nullum de per ſe eſt ſufficiens ad habendam præcedentiam,non operatur, vt præcedentia debeatur,num.57.

Licentiatus in Decretis,& Magiſter in Artibus,non præfertur Decretorũ Doctori,n.57.

Ex ſeßionibus in Capella pontificia, vel in Concilio,nõ rectè arguitur ad alia loca,n.59.

Incenſatio non datur gradatim in d.Capella, num.60.

In Capella Epiſcopi aßiſtentes præcedunt Oratores Imperatoris,& Regum;Subdiaconi,& Pænitentiarij ſancti Petri præcedunt Auditores Rotæ: ſed extra Capellam contrarium ſeruatur,n.61.& 66.

In Conſiſtorio Principis, & in Capella,ſeruanda eſt conſuetudo,n.60.& 62.

Ex præcedentia,quam quis habet in vno loco, non poteſt argui ad præcedentiam in alio loco,n.63.

Extra Rotam Patriarcha Locumtenens Auditoris præcedit Auditores,etiam antiquiores, num.63.

Archipresbyter in diuinis præcedit Archidiaconum:extra diuina præfertur Archidiaconus,num.63.

Filus Epiſcopus in domo paterna tenetur exhibere reuerentiam Patri: in Eccleſia verò Pater exhibet filio reuerentiam,d.n.63.

Generalis Ordinum in Concilio generali, ſi Papa non eſt præſens, præfertur Protonotariis participantibus,n.64.

De ſeſſione Abbatis Oliuetani in Capella,n.65.

In Capella & Concilio, quando Papa eſt præſens,idem ordo ſeruatur,num.68.

Seſſiones in Concilio Lateranenſi non ſunt ordinatæ,num.69.

Si Fratres ſancti Spiritus ſunt ex Mendicantibus ſancti Auguſtini, Ordo Prædicatorum illi præfertur,num.70.

Conſtitutio Pij V. de præcedentia, derogat omnibus aliis priuilegiis,n.71.

Dictio, hactenus, *comprehendit tempus præteritũ,& ſtat limitatiuè,ſeu taxatiuè,n.72.*

Conſtitutio Gregorij non derogat priuilegio Pij V. num.73.

Conſtitutio generalis non tollit Conſtitutionem ſpecialem,n.74.

Conſtitutio Gregorij XIII. emanauit ad tollendas lites, vt ex proœmio,ex quo colligitur cauſa finalis,n.75.

Controuerſiæ de præcedentia non poterant oriri inter Mendicantes & Religionem Prædicatorum,

catorum,num.76.

Patres Prædicatores præcedunt vbique locorum alios Mendicantes, ſiue ex priuilegio, ſiue ex regula,num.76.

Conſtitutio Gregorij XIII. loquitur de proceſſionibus publicis, nec extenditur ad alios caſus,num.77.

In proceſſionibus cæteríſque actibus illud eſt ſeruandum inter Regulares, quod ſeruatur in vrbe Romæ,num.78.

ORTA controuerſia inter R. Generalem Ordinis Prædicatorum, & R. Commendatorem ſancti Spiritus in Saxia de Vrbe, quis eorum præferri deberet in ſeſſionibus in generali Cõgregatione ſancti Officij,fœl.rec. Gregorius XV. cauſam delegauit eidem ſacræ Congregationi;& ideò dubitatur, quis ſit præferendus. Et prima facie videtur dicendum R. Commendatorem eſſe præferendum.

Primò,quia Ordo ſancti Spiritus,cuius 1.
eſt caput R. Commendator, fuit inſtitutus de anno 1204.vt patet *ex Bulla* Inno-

centij III.*in nouo Bullario,tom.*1.*n.*7.*fol.*38. Azor.*inſtit.moral.lib.*13.*cap.*11. *v. Innocentius III.* Ordo verò Prædicatorum fuit confirmatus ab Honorio III. ſub anno Domini 1216. vt per Caſſan. *in Catalogo gloriæ mundi, par.*4.*conſid.*69.*circa fin.*& Io. Andr.*in cap.quorundam* 24.*n.*3.*de elect.in* 6. & *ibidem* Geminian.§.*volentes,n.*6.Abb.*in cap.nimis.il* 2.*n.*1.*de exceſſ.Prælator.*Anchat.
2. *conſ.*214.*n.*1. Azorius *vbi ſuprà,q.*8.† Vnde Ordo ſancti Spiritus(& conſequenter eius Caput) tanquàm priùs inſtitutus & approbatus per Sedem apoſtolicam, eſt præferendus.*cap.qui prior* 14.*de regul.iuris, in* 6.Gloſſ.*in cap.quorundam.in verb.Prædicatorum,de elect.in* 6. Tobias Nonius *conſ.* 71.*n.*35.Rot.*in Oriolen.Præcedẽtiæ*,10. *Martij*,1600. corã bon.mem. Litta *in Romana Præcedentiæ*,24.*Maij*, 1600. coram Cardinale Lancellotto, *in Campanien. Prioratus*,18.*Maij*,1618.coram R. Seleucien. & 10. *Maij*,1619.coram R.D. Coccino Rotæ Decano.

3. Secundò,quia præeminentia conſideratur etiam ex eo, quòd quis à maiori, vel digniori inſtituatur. Gloſſ. *in cap.* 1. *verſ.maior.De maiorit.& obed.* Monach. *in*

cap. Statuimus, n. 20. *de reſcript. in* 6. Iaſ. *in l. ſi quis maior. n.* 31. *C. de tranſact.* Dec. *in l. cùm quid. in* 1. *lectur. n.* 11. *ff. ſi certũ. petat.* Decian. *conſ.* 19. *n.* 214. *lib.* 3. Nau. *conſ.* 637. *n.* 14. *&* 41. Menoch. *conſ.* 257. *n.* 11. *& conſ.* 126. *n.* 34. *lib.* 2. Caſſaneus *in Catalog. glor. mund. par.* 4. *conſider.* 52. *verſ.* 6. *excellentia.* Igitur Commendator, tanquàm electus à Summo Pontifice, præferri debet Generali, qui eſt electus à generali Capitulo Ordinis Prædicatorum.

Tertiò, quia Commendator gerit habitum clericalis Prælaturæ, ſcilicet birettum, mantellum, rochettum & mozzettam: Generalis autem huiuſmodi habitum non gerit; vnde Commendator debet præferri, cùm excellentia veſtis arguat maiorem excellentiam & dignitatem. *arg. l. nemo vit. & l. temperent.* 4. *C. de veſtibus oleberis & deauratis, & de intinctione ſacri muricis, lib.* 11. & Lucas de Penna *in d. l. nemo. n.* 2. Specul. *de Aduocato, par.* 1. *§. ſequitur* 2. *n.* 3. Florian. *in l. ſed & ſi quid. §. mancipiorum, n.* 18. *&* 21. *ff. de vſufruct.* Caſſ. *in catalog. glor. mundi, par.* 7. *conſid.* 44. Boër. *de authoritat. magni Concilij, n.* 29. Freuia *de feudis, lib.* 1. *quæſt. incipien. Alia etiam.* 4.

num. 5.

num. 5. iuxta illud à dd. Doctoribus relatum:

Vir bene veſtitus pro veſtibus eſſe peritus
Creditur à mille, quamuis idiota ſit ille:
Si careat veſte, nec ſit veſtitus honeſtè,
Nullius eſt laudis, quamuis ſciat omne, quod audit.

5. Quartò, quia Commendator eſt etiã Generalis Ordinis ſeruorum, Secretarius, & Protonotarius apoſtolicus; vnde digniori præeminentia illuſtratur, tanquàm plures habens dignitates. *ad l. vnic. C. de Præpoſit. & l. 1. C. de domeſticis, & protect. lib.* 12. Bald. *in l. ſed militis. in princip. ff. de excuſat. tutor.* Felin. *in cap. Cler. n.* 6. Dec. *n.* 48. *de iudic.* Decian. *reſponſ.* 19. *n.* 22 *lib.* 3. Nau. *conſ.* 637. *n.* 16. Ruin. *conſ.* 19. *n.* 9. *lib.* 1. Menoch. *conſ.* 126. *n.* 9. *& ſeq. & conſ.* 51. *n.* 31. *lib.* 1. Caſſan. *in catalog. gloriæ mundi, par.* 8. *conſid.* 27. *& par.* 10. *conſid.* 13. 63. Tiraq. *de nobilit. cap.* 4. *n* 8.

6. Quintò, quia in materia præcedentiæ attenditur conſuetudo. Gloſſ. *in cap.* 2. *verb. auſcultetur, de offic. Archid.* Purpurat. *in l.* 1. *n.* 201. *ff. de offic. eius.* Bald. *in l. obſeruare. §. antequàm. n.* 3. *ff. de offic. Proconſul.* Dec. *in d. cap. Clerici, n.* 49. Menoch. *conſ.* 51.

Cail. *lib. obſeruat.* 21. *in fin.* Rot. coram Seraphin. *dec* 64. *n.* 1. *& deciſ.* 124. *n.* 2. coram Gregorio XV. Tobias *conſ.* 72. *n.* 2. Abb. *in cap. auditis, n.* 3. *de elect.* Igitur Commendator debet præferri: nam in Capella Pontificia ſedet in loco digniori poſt Iudicem Confidentiarum: ſedit ante Generales in Concilio Lateranenſi ſub Leone X. in quo etiam Prior ſe ſubſcripſit: ex quo ordine ſcripturæ arguitur præeminentia. *cap. Epiſcopus. diſtinct.* 17. *l. quoties. ff. de vſufr.* Vbi DD. Gloſſ. *in cap. bene quidem* 96. *diſtinct.* 11. Mediolanenſis, vbi arguit Archiepiſcopum Mediolanenſem præferri Rauennatenſi, ex quo prior reſpondit, & ſe ſubſcripſit. Dec. *conſ.* 161. *n.* 2. *v. ergo ex ordine litteræ.* Decian. *reſponſ.* 7. *n.* 8. *vol.* 3. *& reſponſ.* 19. *n.* 23. *eodem vol.*

Sextò, quia hoc competit ex priuilegio Leonis X. in quo conſtituit, quòd perpetuis futuris temporibus Generalis Magiſter, Præceptor, Prior, Fratres, & Religioſi Ordinis ſancti Spiritus in omnibus & ſingulis proceſſionibus & aliis quibuſcunque actibus, tam publicis, quàm priuatis, in quibuſcunque mundi partibus 7.

in

in futurum celebrandis, in eodemmet loco & gradu inter cæteros quorumuis Ordinum, tam exemptorum, quàm Mendicantium Religioſos ſtare, ſedere, incedere & præcedere omninò debeant, ſicut ſecundùm locorũ conſuetudinem hactenus ſteterunt, ſederunt, inceſſerũt, & præceſſerunt: vnde cùm priuilegium ſit de per ſe clarum, ceſſant omnes diſputationes *l. ille, aut ille. §. cùm in verbis. ff. de legat. 3. l. continuus. §. cùm ita. ff. de verb. obligat. l. 2. C. de legib.* Menoch. *de præſumpt. lib. 1. q. 31. n. 4.*

Sed his non obſtantibus reſpondendum credo, R. Generalem Ordinis Prædicatorum eſſe præferendum R. Commendatori.

8. Primò, quia Religio Prædicatorum fuit inſtituta ab Innocentio III. & approbata ab Honorio III. 1216. vt præter ſuprà citatos dicit Paulus Morigia *de origine Religionum, cap. 27.* add. ad Felyn. *in rubr. de maior. & obed. littera B.* S. Antonin. *in 3. par. hiſtor. tit. 23.* & Hiſtorici communiter: & patet ex data Bullæ Honorij, quæ eſt poſita *in principio Priuilegiorum Ordinis Prædicatorũ.* Ordo verò ſãcti Spiritus, licèt fuerit

fuerit inſtitutus ab Innocentio III. de anno 1204. ita vt eius Caput vocaretur etiam Præceptor;tamen hodie non conſtat de exiſtentia talis Ordinis. † Immò Præceptoria fuit ſuppreſſa per Iuliũ III. 9.
de anno 1552. qui etiam loco illius erexit Confraternitatem laïcorum, vt patet ex Bulla,& eius effectuatione, quæ eſt impreſſa primo loco inter priuilegia ſancti Spiritus. † Vnde ſequitur,quòd Religio 10.
Prædicatorum ſit antiquior,& quòd Generalis Prædicatorum, tanquàm Caput antiquioris Religionis, præferendus ſit Commendatori,qui eſt Caput Hoſpitalis, cuius exiſtentia ignoratur, & cuius Caput, ſcilicet Præceptoria, fuit ſemel ſuppreſſa.*l.honores 7.ff. de Decurionibus.l.1. ff.de albo ſcribend.l.1. & l. 4. C.de Conſulib. lib.12.l.fin.§. ordinationem. C. de Tyronibus, lib.12.l.vnicuique 7.C. de prox. ſacr. ſcrinior. l.1.& 2.C. de præf.Prætor.lib.12.l.1. C. de off. mag.officior.cap.Epiſcoporum 74. diſtinct.cap. vlt.75.diſt.cap.Epiſcopos 17. diſtinct. cap.* 1. vbi Abb.& Gloſſ.*in v primum.de maior. & obed.*Decius *conſ.*161.*num.*1. Decian. *conſ.* 7.*num.*4.*lib.*3.Ruin *conſ.* 19. *num.* 9. *vol.*1. cum aliis ſuprà alleg. Rot. *in S. Agathæ*

Gotho

Gothorum Præcedentiæ, 13. *Maij*, 1622. coram R. Caualerio, vbi loquitur de Monachis Oliuetanis, & Monachis Montis Virginis, *& in alia Salernitana Præcedentiæ*, 14. *Martij*, 1622. vbi pariter loquitur de Monachis Oliuetanis & Cæleſtinis.

11. Et in ſpecie, quòd Ordo Prædicatorum præferatur aliis Ordinibus Mendicantium, probatur ex textu *in cap. in his* 30. *de priuileg.* ibi: *Quòd cum Fratribus Prædicatoribus & Minoribus duximus indulgendum. Cap. quia ex eo.* 3. *de pactis. in princip.* ibi: *Quòd Fratres Prædicatores, & Minores, & alij Mendicantes. Cap. quorundam* 24. §. *volentes. De elect. Poteſt.* ibi: *Vt nulli Religioſo Prædicatorum, Minorum, Eremitarum ſancti Auguſtini, aut quorumlibet mendicantium Ordinum. cap. nimis* 17 *de exceſſ. Prælat. in princip.* ibi: *Cùm quidam viri Religioſi, vtputà, Fratres Prædicatores & Minores. cap.* 1. *in ſuperinſcriptione. de decim. in* 6. & *ibidem* Gloſſ. *cap. vnico.* §. *ſanè. de Religioſ. domib. in* 6. ibi: *Sanè ad Prædicatorum, & Minorum Ordines, cap. vnic. de exceſſ. Prælat. in* 6. *in princip.* ibi: *Cùm ex eo, quòd Prædicatores, Minores, & Religioſi alij Mendicantes.* Gloſſ. *in d. cap. quia ex eo. verb. Prædicatores. de pactis.*

Ctis. vbi loquens de Prædicatoribus ait: *Hi proponuntur, quia antiquior eorum inſtitutio.* Et *in d. cap. quorundam. v. Prædicatorum.* ibi: *Nota, ſemper Prædicatores præmitti, quia antiquior fuit eorum inſtitutio.* Ioan. Andr. *in cap. Ioannes* 19. *num.* 3. *de teſtam.* Anchar. *conſ.* 214. *in princip.* ibi: *Et iſta ratio tollat aliam, quæ vrget pro Prædicatoribus, id eſt, quia prima fuit ipſorum inſtitutio.* Geminian. *in cap. Epiſcopus, num.* 2. *ad fin. verſ. aut ſunt regulares.* 17. *diſtinct.* ibi: *Et tunc illi præferuntur, quorum Regula exiſtit primitùs approbata: & ideò Prædicatores præferuntur Minoribus.* Felyn. *in rubr. de maior. & obed. num.* 5. *verſ. Fratres Prædicatores.* Vbi, quòd Fratres Prædicatores præcedunt Minores ratione antiquioris inſtitutionis. Colleg. Bononienſe *conſ.* 1. *num.* 2. poſt conſilia Cardinalis Zabarellæ: & *ibidem* Collegium Paduanum *num.* 36. *verſ. aut ſunt regulares.* Petrus de Monte *de poteſt. Pontif. in tit. ordo aſſiſtentium Concil. num.* 2. ibi: *Hinc dicimus quòd Fratres Prædicatores debent præferri Minoribus.* Nauar. *conſ.* 5. *num.* 1. *de ſtatu Monach. lib.* 3. *in impreſſ. Roman.* ibi: *Prædicatores priùs nominari, quàm Minores: quia ſunt antiquiores.* Iacobus Philipp. Portius. *conſ.*

164.*num.*2.*verſ. vnde qualitas*: Sempronius
12. Aſcia *determinat.*60.*num.* 5. † Vbi etiam intelligit Motum propriũ Gregorij XIII. loqui de Monaſteriis antiquioribus inter eoſdem Monachos: cui interpretationi videntur repugnare verba Motus proprij, cũ generaliter loquatur de omnibus Mendicantibus, & non ſolùm de illis, qui militãt ſub eadem Regula: ibi: *Aut domus alicuius Ordinis Mendicantium in loco, in quo alterius Ordinis ex dd. Mendicantibus Monaſteria erecta ſint.* Et ſic clarè patet, loqui de omnibus Mendicãtibus, etiam diuerſi Ordinis & inſtituti, quę ex abundanti dicta ſint.
13. Secundò, quia ſanctæ mem. Pius V. vt *in eius conſtit.*69 *in veter. Bullar. tom.* 2. quæ eſt *ſub n.*71 *in nou. Bullar. in* §. 3. ſtatuit, vt Fratres Prædicatores præcederent vbique locorum, & in quacunque Congregatione aliis Fratribus Mendicantibus, etiamſi tales eſſent, qui non comprehenderentur in generali ſermone: & *in* §. 8. derogat regulæ, *de iure quæſito non tollendo*, ac etiam Conciliis generalibus, ac omnibus Indultis, & Priuilegiis aliarum Religionum cum ampliſſimis clauſulis, & derogatoriarum derogatoriis: & Clemens

mens VIII. fœl. record. *in conſtit.13.in nou. Bullar.tom.3.* aſſerit, quòd Fratres Prædicatores poſt Canonicos, Clericos ſæculares, & antiquos Ordines monachales habent primum locum, & cæteros alios Fratres mendicantes, ſiue alios quoſcunque regulares præcedunt. Vnde, cùm non conſtet, quòd Ordo ſancti Spiritus ſit vnus ex exceptis; Generalis Prædicatorum ex vi dictarum conſtitutionum vbique locorum præferendus eſt Commendatori.

Tertiò, quia Generalis habet maiorem poteſtatem, adminiſtrationem, & iuriſdictionem: habet enim in qualibet mundi plaga nobiles Religioſorum militum colonias, & ſtrenuos chriſtianæ Fidei defenſores, quos ad nutum moderatur & regit: Commendator verò vnicum adminiſtrat Hoſpitale, & in eo videtur reſtricta Ordinis inſtitutio, licèt ſit vnitum Hoſpitali Montiſpeſſulano, vt *in d. Bulla* Innocentij §. 5. Qui verò maiorem habet poteſtatem, adminiſtrationem, vel iuriſdictionem, præfertur cæteris paribus habenti minorem. *arg. cap. adhæc. 7. de offic. Archid. & in Authen. Conſtitutio, quæ dignitatibus, & Epiſcopatu filiũ liberat à* 14.

patria poteſtate. §. *generaliter.* ibi : *Et nobiliores adhuc patres oſtendat.* Et *ibidem* Gloſſ. *v. & nobiliores.*& Gloſſ. *in cap. Statuimus. v. Conſueta. verſ. ſed cùm maioritas. de off. legat. in* 6. Geminian. *in cap. Epiſcopus, num.* 2. *diſtinct.* 17. Dec. *conſ.* 161. *num.* 2. *verſ. Septimò, iſta concluſio.* Iacobatius *de Concilio, lib.* 1. *art.* 2. *num.* 1. *&* 4. Abb. *conſ.* 21. *num.* 1. *lib.* 1. *art.* 2. *num.* 1. *&* 4. Abb. *conſ.* 21. *n.* 1. *lib.* 1. Peregr. *conſ.* 74. *num.* 20. *lib.* 1. Caſſan. *in catalog. glor. mundi, par.* 4. *conſid.* 52. *verſ. octauò conſideratur.* Gama *deciſ.* 1. *num.* 52. Menoch. *conſ.* 51. *num.* 6. *&* 56. Nau. *conſ.* 638. *num.* 9. *&* 10. §. *idem Dauid relat. poſt. cap. quod Eccleſia* 11. 1. *quæſt.* 4. ibi : *Sed in lata gente gloria Regis eſt, in diminutione plebis contritio Principis.* Loffred. *in paraphr. feudal. in cap. omnes. col.* 4. *verſ. Confirmantur prædicta.*

Quartò, quia Ordo ſancti Spiritus
15. erat Ordo laïcorum, & Fratrum, qui ſolum munus hoſpitalitatis exercebant, nec erant Clerici, vel Sacerdotes. Religio verò Prædicatorum eſt Clericorum, à prima inſtitutione; & ideò ratione clericatus præferri debet d. Religio Prædicatorum, ſicut ob hanc etiam rationem, ratio

ratione clericatus Canonici Lateranenſes præcedunt Monachos Benedictinos Congregationis Caſſinenſis, vt declarauit Pius IV. cauſa maturè diſcuſſa *in eius conſtitutione, q. 5. in vet. Bull. tom. 1. fol. 797.* ibi: *Eoſdem Canonicos tam ſuæ antiquæ inſtitutionis huiuſmodi, quàm etiam dignitatis clericalis, qua eos ſtatim, quòd profeſſionem regularē emittunt, inſignitos eſſe oportet.* † Quòd 16.
autem Ordo ſancti Spiritus eſſet laïcalis, probatur *ex Bulla* Innocent. III. in qua totum fundamentum facit Commendator: nam *in* §. 3. ſtatuit, quòd in d. Eccleſia, ſeu Hoſpitali ſancti Spiritus ſemper ad minus ſint quatuor Clerici regulam eiuſdem Ordinis profeſſi, qui omnia ſpiritualia liberè adminiſtrent, & ſuper iis nullius, niſi Romani Pontificis correctioni ſubjaceant, vt ſunt verba Conſtitutionis, ex quibus datur intelligi, quòd illi Fratres, de quibus loquitur Innocentius, non erant Sacerdotes, nec poterant eſſe Sacerdotes, ſed laïci profeſſi Hoſpitalitatem exercentes, ad quam ex voto ſe adſtringebant, ſicuti aliàs erant Fratres ſancti Ioannis de Deo, vulgò, *Fate ben fratelli*: ſi enim illi Fratres eſſent, vel

potuiſſent eſſe Sacerdotes, non fuiſſet opus, quòd Innocentius ſtatuiſſet, quòd ad minus quatuor Clerici ponerentur inter dictos Fratres, qui ſpiritualia liberè adminiſtrarēt, & non ſubeſſent correctioni Præceptoris, ſeu Magiſtri, & qui nihil aliud agerent in d. Hoſpitali, quàm admi-
17. niſtrare Sacramenta. † Et ex his obiter patet nouum Bullarum Scholiaſtem, dum vocat dd. Fratres Congregationem Clericorum ſancti Spiritus, dicere id, quod Conſtitutio non dicit: nam Conſtitutio illos, qui ſubſunt Magiſtro, ſeu Præceptori, appellat Fratres: illos verò vocat Clericos, qui ſoli Romano Pontifici ſubſunt: & *in* §. 7. ſtatuitur, quòd dd. Clerici inſeruiant Baſilicæ Principis Apoſtolorum in ſcrutino, Baptiſmo, & Letania. Quòd ſi Commendator prætendit dictos Fratres à primæua inſtitutione fuiſſe,
18. vel potuiſſe eſſe Clericos, † id probare tenetur, cùm ſit fundamentum ſuæ intentionis. *l. actor. C. de probation. l. qui accuſare. C. de eden. cum concord.*

19. Quintò, quòd Generalis Prædicatorum præcedere debeat Commendatorem, & in ſacra Congregatione ſancti

Offici

Officij, probatur. Nam in Congregatio. ſancti Officij Generalis interuenit, tanquàm Generalis, & Generalis Conſultor: Commendator verò interuenit tanquàm Conſultor, & non tanquàm Commendator, aut tanquàm repræſentans aliam perſonam: & ideò Commendator, etiamſi haberet maiorem dignitatem (quam tamen non habet) nihilominùs cùm in Congregatione non interſit tanquàm habens maiorem dignitatem, ſed tanquàm Conſultor,& vt pars Congregationis, vnà cum aliis Conſultoribus conſtituens vnam Congregationem debet ſedere in loco ſuæ receptionis, quia in d. Congregatione interuenit vt Conſultor, & non tanquàm Commendator, aut re- 20.
præſentans aliam perſonam, † vt de Epiſcopo, qui ſit etiam Conſiliarius Principis, dicit Abb. *in cap. Auditis* 29. *num.* 4. *de elect.* vbi generaliter dicit, quòd ſi habentes dignitatem ſunt de Collegio, non tanquàm habentes dignitatem, ſed tanquàm particulares de Collegio, non debēt habere primum locum in Collegio. Felyn. *in cap. ex litteris. n.* 1. *ad final. de probat.* Pur purat. *in lib.* 1. *numero* 195. *&* *ſeq.*

ff. de offic. eius. Vbi quòd Epiſcopus Conſiliarius Principis tenet locum, quem teneret alius Conſiliarius, nec præfertur magis, eò quòd ſit Epiſcopus, putà Præfecto prætorio, cùm ibi interſit, vt Conſiliarius, & non vt Epiſcopus: & illum ſequitur Lanarius *conſ.* 88. *num.* 17. Collegium Peruſinum *inter Conſilio Tobiæ Nonij* 72. *num.* 21. *verſ. nec dicant.* vbi, quòd duo Conſiliarij collaterales Concilij Neapolitani electi ad Epiſcopatum, nec claſſem, nec locum mutauerunt. *&* *num.* 6. vbi, quòd Marchio Conſiliarius, ſi in Concilio intereſſe debet vt Conſiliarius, & non vt Marchio, eſt collocandus poſt omnes, qui ante eum creati ſunt Conſiliarij. Guerinus Piſo *in d.l.* 1. *num.* 13. *in fin. ff. de off. eius.* vbi, quòd exiſtens in Curia Principis, tanquàm Conſiliarius, tenebit locum, quem tenent alij Conſiliarij. Put. *deciſ.* 104. *lib.* 3. vbi, quòd Epiſcopus Mileuitanus ſedet in Concilio poſt Priorem: quia Epiſcopus in Concilio non adeſt vt Epiſcopus; ſed vt deferens magnam crucem. Loffred. *in paraphr. feudali, in cap. omnes. ſi de feudo defuncti milit. fuer. controu. verſ. & inhærendo.* vbi conſuluit Conſiliarios priores

in Concilio collaterali præferri poſterioribus, etiam habentibus maiorem dignitatem, etiam marchionalem; quæ tamen non pertineat ad Collegium, vt deinde loquitur de Epiſcopo Conſiliario, ſequendo Purpuratum: *& verſ. & licèt.* ait, quòd Cardinalis filius Regis non præfertur Cardinalibus antiquioribus. Freuia *de feud. num.* 1. §. *alia etiam. num.* 22. *& ſeq. & lib.* 2. *quis dicatur Dux. num.* 58. *verſ. non obſtat.* ibi: *quia duplex officium.*

Et in ſimili videmus, quòd Auditor, ſeu 21.
Locumtenens Rotæ, qui ſit Epiſcopus, aut Patriarcha, ſedet in Rota in ſuo loco receptionis iuxta antiquitatem Auditoratus: † & Camerarius, & Vicecancellarius, 22.
& Pœnitentiarius maior, in iis, quæ ſpectant ad Collegium Cardinalium, nullam ſortiuntur prærogatiuam, licèt obtineant maiora Vrbis officia: † quia, vbi agitur 23.
de collegiali præcedentia, dignitas non collegialis, quantumuis magna, non attẽditur. Seraphin. *deciſ.* 1216. *in fin.* Loffred. *d. loco ſuprà citato, verſ. & licèt ex prædictis.* vbi dicit, ita ſeruari in ſacro Rotæ Auditorio, vt ſcilicet antiquiores præferantur poſterioribus, etiamſi ſint Epiſcopi: quæ

concluſio procedit etiam in hac ſacra Congregatione, ſaltem inter Prælatos, qui non ſunt Epiſcopi.

24. Et quòd Epiſcopus, qui ſit etiam Canonicus, aut eius Vicarius, qui pariter ſit Canonicus, ſi ſedent in Choro, vel Capitulo, non præcedunt alios Canonicos, ſed ſedent in loco ſuæ receptionis. *cap. à collatione* 11. *in fin. de appell. in* 6. & *ibidem* Gloſſ. *in notab. in fin. & in verb. Prælatus* Geminian. *num.* 6. Franc. *num.* 4. Abb. *in cap. Auditis* 29. *num.* 4. *de elect.* Felyn. *in rubr. de maior. & obed. n.* 4. *verſ. miles imperialis. & in cap. ex litteris* 3. *num.* 1. *de probation.* Dec. *in cap. ſignificatum. num.* 5. *&* 6. *de probat.* Purpurat. *in l.* 1. *num.* 190. *& ſeq. ff. de off. eius.* Dec. *conſ.* 151. *in princip.* Iacobat. *de Concil. lib. vlt. cap.* 15. *num.* 25. *&* 26. vbi etiam dicit, quòd Epiſcopi obtinentes ducalem, aut marchionalem dignitatem, non præferũtur in Concilio aliis Epiſcopis antiquioribus. Collegium Bononien. *in conſil.* 1. *num.* 25. poſt conſ. Zabarellæ. Freuia *de feud. lib.* 1. *in quæſt. Alia etiam. num.* 7. Loffred. *in paraphr. feudali, cap. omnes. tit. ſi de feud. defunct. fuer. controu. verſ. Sextò.* vbi, quòd ſi Prælatus intereſt Collegio, non vt

Prælatus, ſed vt ſingularis de Collegio, non debet tenere caput illius Collegij. *& verſ. quod quidem.* Barbat. *conſ.* 5. *num.* 20. *lib.*2. Io. Anton. Lanarius *conſ.*88. *n.*2. *verſ. ſecundò.* Menoch. *conſ.* 51. *num.* 43. Petrus Enriquez *conſ.* 72. *num.* 12. Put. *deciſ.* 104. *num. fin. lib.* 3. Rot. *deciſ.* 288. *num.* 2. *par.* 1. *recent.* † Et quòd Epiſcopus, qui 25.
ſit ſcholaris in actibus ſcholaſticis, non præcedit Rectorem ſtudij. Geminian. *in d. cap. à collatione, num.* 6. *& in proœm. decret. lib.*6. *num.* 21. *in addit. littera F.* Abb. *in cap. Auditis. num.* 4. *de elect.* Felyn. *in rubr. de maior. & obed. num.* 4. *verſ. miles. & in cap. ex litteris* 3. *num.* 1. *de probat.* Dec. *in cap. ſignificatum. num.* 6. *de præben.* Purpurat. *in d. lib.* 1. *num.* 190. *& ſequentib.* Collegium Bononien. poſt conſ. Zabarellæ *conſ.* 1. *num.* 25. Petrus Enriquez *conſil.* 72. *numero* 12. Sigiſmundus Loffredus *in paraphraſi feudali, in capit. omnes. ſi de feudo defuncti. militis fuerit controuerſia. verſicul. Sexto.*

Sextò, quia Generalis Prædicatorũ eſt 26.
perpetuus Pręlatus, & perpetuus Conſultor: &, eo ipſo quòd eligitur in Generalẽ, eſt

Conſul

Conſultor vbique alia electione: Commendator verò eſt loco Præceptoris, & potiùs eſt cuſtos Hoſpitalis, quàm verum Caput Religionis, licèt habeatur loco capitis, & vt plurimùm eſt ad nutum amouibilis,& per accidens eſt Conſultor: habens verò adminiſtrationem, & officium perpetuum, præfertur habenti adminiſtrationem & officium per accidens. Colleg. Bonon.*conſ.*1.*num.* 10. poſt conſ. Zabarellæ.Lanar. *conſ.*88.*num.* 1. *verſ. quartò.* Menoch.*conſ.*51. *num.*27. Iacobus Philippus Portius *conſ.*167.*num.* 94. Scipio Lancellottus *in conſ.in cauſa Præcedentiæ inter Canonicos Lateranenſes & Monachos Benedictinos,num.*61.*& ſeq.* Quia ſcilicet in concurſu cauſa naturalis attenditur, non autem accidentalis. l. 3. vbi Bartol. *de tretel.* Tiraq.*de retract.lignag.*§.30.*gloſſ.*1.*num.*20. Menoch.*conſ.*51.*num.*28.

27. Septimò, quia in hac eadem Congregatione ſancti Officij Illuſt. Cardinalis de Aracæli, tunc Generalis Prædicatorum, præcedebat bon.mem.Peniam Rotæ Decanũ, & Rpd. Dandinum Protonotarium ex priuilegio, ſicut etiam D.Peniam præceſſit R. hodie Generalis: & tamen Rotæ

Audito

Auditores præcedunt R. Commendatorem: vnde intrat regula: Si vinco vincentem te, multò magis vinco te: quo argumento in materia præcedentiæ vtitur Menoch. *conſ.* 52. *n.* 138. Bimius *conſ.* 104. *num.* 13. *vol.* 2. Alex. Galuanus *conſ.* 29. *n.* 15. † Et in prima ſeſſione, cùm primũ fuit inſtituta ſacra Cõgregatio 1. Octobris 1555. per Paulum IV. poſt Cardinales Epiſcopos obtinuit primũ locum Fr. Stephanus Ianuenſis, tunc Generalis Ordinis Prædicatorum; Magiſter Thomas Manriquez Procurator generalis eiuſdem Ordinis. & Magiſter Michaël Alexandrinus Commiſſarius generalis ſanctæ Inquiſitionis, qui fuit poſteà Pius V. 28.

Octauò, hoc etiam ſuadetur: quia Generalis Prædicatorum ex vi officij, ac etiam ex ſpeciali priuilegio Sedis apoſtolicæ, tanquàm ſancti Dominici primi Inquiſitoris ſucceſſor, non ſolùm, vt præcipuus Conſultor, ſed etiam vt eiuſdem ſanctæ Inquiſitionis officij aſſiduus Auditor, indefeſſus cooperator, & acerrimus propugnator, præſens aſſiſtit, cui proinde in prædicta Congregatione poſt Illuſt. Cardinales & Epiſcopos, qui etiam Inquiſitorum 29.

quiſitorum funguntur officio, prior & dignior locus eſt conceſſus, 79. annorum poſſeſſione firmatus: atque ideò præcedere debet Commendatorē, qui præter nudum Conſultoris officium nihil habet in
30. dicta Congregatione. † Et ſicuti dicimus, quòd fundator iuriſpatronatus in Eccleſia de iurepatronatus habet aliquas præeminentias, ex quo eſt fundator Eccleſię. Abb. *in cap. nobis* 25. *num.* 5. *de iurepatr.* vbi, quòd illi debetur honor in proceſſionibus, & præ cæteris laïcis eſt honorandus in ſeſſionibus. Roch. *de iurepatr. v. honorificum. num.* 99. Hoſtienſ. *in ſumma, de iurepatron.* §. *quid competat. num.* 3. ibi: *Id eſt, primus erit in proceſſione* Archid. *in cap. piæ mentis* 16. *quæſt.* 7. *num.* 7. *in fin.* ibi: *Vt in proceſſione adeat*; id eſt, iuxta Prælatum eat. & *in cap. ſequen. num.* 2. ibi: *Vt eat in proceſſione, forſit an inter alios primus.* Freuia *de feudis, lib.* 1. §. *alia etiam. num.* 34. ita pariter concludi poteſt, quòd Generalis Prædicatorum, tanquàm ſucceſſor illius, qui fuit primus Inquiſitor apoſtolicus, & author ſanctæ Inquiſitionis, debeat habere aliquam prærogatiuā in Congregatione Inquiſitionis poſt Cardinales, & Epiſcopos.

31. Etenim, vt rem altiùs repetam, ſanctus Dominicus ad extirpandas hæreſes fuit creatus primus Inquiſitor à Sede apoſtolica, vt refert Penia *ad Director. Inquiſitorum*, *par.* 3. *ſchol.* 43. & Ludouicus Paramus *de origine Inquiſitionis*, *lib.* 2. *tit.* 1. *cap.* 2. *num.* 1. Ignatius Lopez de Salſedo *in add. ad Diaz, in pract. crim. cap.* 114. *verſic. fuit quidem.* qui vtitur iiſdem ferè verbis, quibus Penia. Alphonſus Fernandez *in concertatione prædicatoria ſub anno* 1216. *fol.* 16. & Sixtus V. *in Bulla inſtitutionis Feſti ſancti Petri Martyris ſub dat. Romæ, Idibus Aprilis*, *de anno* 1586. atteſtatur, quòd beatus Dominicus perpetuis concionibus, & diſputationum congreſſibus, officióque Inquiſitionis, quod ei primùm prædeceſſores ſui Innocentius III. & Honorius III. commiſerant, contra Hæreticos mirabiliter ſe geſſit: & alij Auctores communiter, licèt aliqui diſſentiant, an hoc fuerit de anno milleſimo ducenteſimo, an verò de anno milleſimo ducenteſimo decimoſexto. Poſtmodùm idem beatus Dominicus, mediante etiam Legato apoſtolico, in

in Regno Galliarum inſtitit apud Innocentium III. vt ſanctum Inquiſitionis officium inſtitueret, quod idem Pontifex poſt Concilium Lateranenſe libenter perfecit, & inſtituit ipſum S. Dominicum primum Inquiſitorem, vt Hæreticos Albigenſes in partibus Toloſanis funditùs euerteret. Ferdinandus Caſtillus *in hiſtoria Religionis Prædicatorum, par.* 1. *lib.* 1. *cap.* 17. & Paramus *de origine Inquiſitionis, lib.* 1. *tit.* 1. *cap.* 2. *n.* 4. Alphonſus Fernandez *loco ſuprà citato.* Et exinde ab ipſomet Innocentio III. Honorio III. Innocentio IV. innumeri alij Inquiſitores in toto orbe ex Ordine Prædicatorum creati fuerunt: ac oſtendit Alphonſus Fernandez *in d. Concertatione prædicatoria, per tot.* Quod etiam fecit Gregorius IX. de anno 1223. vt refert Fr. Antonius Luſitanus *in Chronico Prædicat. fol.* 25.

Subſequutis temporibus Innocentius IV. Magiſtro Generali Ordinis Prædicatorum per priuilegium apoſtolicum incipien. *Odore ſuau. ſub dat. Lugdun.* 5. *Idus Iunij, Pontific. ſui anno* 3. conceſſit facultatem, Inquiſitores à Sede apoſtolica deputatos remouendi, reuocandi, transferendi,

rendi, alióſque ſubſtituendi, & eandem facultatem inſtituendi, deſtituendi, ac etiam permutandi Inquiſitores conceſſit. Alex. IV. *ſub dat. Viterbij*, 5. *Kal. Octobris*, 1258. & Sixtus IV. per ſuum Breue, quod incipit, *Regimini vniuerſalis Eccleſiæ. de anno* 1474. & per aliud Breue, cuius eſt initium: *Sacri Prædicatorum. ſub dat. Romæ apud S. Petrum*, 7. *Kal. Auguſti*, 1479. & hac facultate ad hæc vſque tempora vſus eſt Generalis Prædicatorum, inſtituens Inquiſitores iuxta formam litterarũ patentium regiſtratam in antiquis & nouis Conſtitutionibus Fratrum Pręd
icatorum. *cap.* 72. Nam Vincentius Iuſtinianus, qui fuit poſteà Cardinalis, dum eſſet Generalis, etiam poſt inſtitutam à Paulo IV. ſacram Congregationem ſancti Officij, varios creauit Inquiſitores, vt patet *ex eius Regiſtro*, de anno 1558. inſtituit Inquiſitorẽ Comi, & Inquiſitorem Placentiæ, & Inquiſitorem in Diœceſi Papien. de anno 1560. inſtituit Inquiſitorem Bononiæ, & iterum Inquiſitorem Papienſem, & Placentinum de anno 1587. inſtituit Inquiſitorem Bergomenſem, & Inquiſitorem in Ciuitatibus, Diœceſibus atque Epiſco-

patibus Fauentino, Rauennatenſi, Imolen. & Ceruien. in Romandiola, & inſuper inſtituit Inquiſitorem generalem Sabaudiæ, & Inquiſitorem Auenionenſem, & Inquiſitorem Venetum.

Et adhæc reſpicientes Summi Pontifices in Breuibus directis Electoribus Magiſtrorum generalium dicti Ordinis Prædicatorum, pro eligendo nouo Generali, poſtquàm hortati ſunt illos ad eligendum idoneum de ſcientia & moribus, addunt, vt eligant eum, qui hæreſum prauitati obſiſtere poſſit, vt videre eſt in Breuibus, præſertim à Paulo III. vſque ad Gregorium XIV. Sixti V. & Clementis VIII. quæ omnia aſſeruantur in Archiuio Eccleſiæ beatæ Mariæ ſupra Mineruam.

32. Non obſtat igitur primò, quòd Ordo ſancti Spiritus, cuius ſe eſſe Caput dicit Commendator, fuerit inſtitutus de anno 1204. quia quicquid ſit, an de illo tempore fuerit ab Innocentio inſtitutus, hoc eſt, fuerit primò approbatus, an verò in eum locum fuerit ab Innocentio translatus, Reſpondetur primò, non probari, quòd hodie ille Ordo ſit in rerum natura,

&

& credo hodie in vrbe non exiſtere, cùm ille Ordo, qui dicitur ab Innocentio inſtitutus, fuerit Fratrum laïcorum hoſpitalitati incumbentium; hodie tamen in d. Hoſpitali nõ exiſtit Ordo, qui ſit Fratrum laïcorum: vnde Commendator non eſt Caput illius Ordinis, ſed alterius Ordinis, cùm † non entis nullæ ſint qualitates. *l.* 33.
eius qui in Prouincia. verſ. quoniam. ff. ſi cert. pet. l. 2. ff. de vſufr. l. 4. §. condemnatum. ff de re iud. cap. ad diſſoluendum. de ſponſalib. † Se- 34.
cundò Reſpondetur, quòd quatenus d. Ordo, ſeu Congregatio, exiſteret: nihilominùs Commendator, qui fortè non eſt Caput Religionis, ſed loco Capitis, tenetur probare, non ſolùm quòd ſit Caput Religionis antiquioris, ſed quòd ſit Caput Religionis, aut Congregationis, quæ non ſit ex Mendicantibus, ſed alterius generis, cui præcedentia debeatur, & ſit ex illis Religionibus, quæ præferuntur Religioni Prædicatorum, cùm Generalis Prædicatorum fundatam habeat intentionem in Conſtitutionibus pontificiis, quòd omnibus præferatur, quibuſdam exceptis, † aliàs probatio Commẽdatoris, 35.
quòd ipſe ſit Caput alicuius Religionis, aut Congregationis, tanquàm æquiuoca, non

ſuffragatur *cap. in præſentia. de probation.*
36. † Tertiò Reſpondetur, quòd Iulius III. de anno 1550 ſuppreſſit & extinxit Pręceptoriam ſancti Spiritus, quæ Caput aliarum Præceptoriarum ab eodem Hoſpitali dependentium exiſtit, & eius loco erexit Confraternitatem ſub inuocatione eiuſdem ſancti Spiritus, & mandauit per aliquos ex d. Confraternitate, inter quos vnus eſſet Prælatus, vt loco Præceptoris gubernaret: & hæc ſuppreſſio habuit effectum, vt patet ex electione Prælati facta per Confraternitatem, vt videre eſt in impreſſione libri Priuilegiorum S. Spiritus, qui authenticus adſeruatur in Bibliotheca Illuſt. & Reuerend. Ioan. Baptiſtæ Coccini Rotæ Decani: quare, cùm Præceptoria ſit ſuppreſſa, ſuppreſſa eſt etiam omnis eius antiquitas & priuilegia: cùm non entis nullæ ſint qualitates, ex ſupradictis: & ex hoc etiam colligitur, quòd in d. Hoſpitali de eo tempore nullus aderat Ordo, nec Congregatio, de qua meminit Innocentius in ſua Bulla, cùm omnia adminiſtraret Congregatio ſæcularium per Iulium III. erecta.

37. Et ex abundanti aduerte, quòd Fratres

ſancti

ſancti Spiritus enunciantur Ordinis ſancti
Auguſtini in pluribus Bullis Romanorum
Pontificum, quæ ſunt regiſtratæ *in libro
Priuilegiorum ſancti Spiritus*, vt *in Bulla*
Eugenij IV. *de anno* 1432. *in Bulla* Caliſti
III. *de anno* 1450. *in Bulla* Pauli II. *de anno*
1465. *in Bulla* Sixti IV. *de anno* 1473. *in
Bulla* Innocentij VIII. *de anno* 1485. *in
Bulla* Clementis VII. *de anno* 1520. *in Bulla*
Iulij III. *de anno* 1553. *& in aliis.* Vnde, ſi
Commendator eſt Caput Religionis, ſeu
Fratrum Ordinis ſancti Auguſtini; non
autem Ordinis, qui ſolùm viuit ſub Re-
gula ſancti Auguſtini, qui eſt vnus ex
Mendicantibus, ſumus in claris, quòd
Generalis Prædicatorum eſt præferendus
Commendatori, iuxta d. Conſtitutionem
Pij V.

Neque ſatisfacit replicatio, quòd d. 38.
Præceptoria fuerit reſtituta in priſtinum
ſtatum per Paulum IV. de anno 1556.
cum clauſ. *Motu proprio*, & ex certa ſcien-
tia, & ad cautelam de nouo erecta; & ideò
acquiſiuit omnia iura, quæ priùs habebat.
Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 32. *num.* 69.
Oddus *de reſtit. in integr. par.* 2. *quæſt.* 96.
num. 8. Bologn. *in l. Gallus.* §. *& quid ſi tan-*

tùm.ff. de liber. & poſthum. & *ibidem* Doctores.

Nam reſpondetur, duplicem eſſe reſtitutionem. Altera eſt gratioſa, ex mera gratia Principis. Altera eſt ex iuſtitia, vt putà reſtitutio, quæ datur ex cauſa doli, metus, fraudis, ætatis, & ſimili de cauſa. Nos verſamur in reſtitutione gratioſa: non autem in reſtitutione ex iuſtitia. Reſtitutio autem ex gratia non tollit ius alteri quæſitum, niſi Princeps hoc dixerit, vt bene diſtinguit Bald. *in l. fin. num. 6. C. de ſent. paſſis, & reſtit. lib. 9.* vbi, quòd reſtitutio ex mera liberalitate & gratia non ſe extendit in præiudicium tertij. Iaſon. *in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. ff. de liber. & poſthum. num.* 73. vbi, quòd reſtitutio facta per viam gratiæ non tollit ius alteri quæſitum, & conſequenter non recuperat locum, vt dixit ex Bartol. *n.* 71. Cuman. *ibidem, num.* 11. vbi pariter tenet, quòd reſtitutio, quæ fit ex gratia, non tollit ius alteri quæſitum, etiam quòd ſit in ſpe quæſitum: & quód ius competens ex ſpe per reſtitutionem non tollatur, tenet Pariſ. *ibidem, num.* 101. Nellus de ſancto Geminian. *de bannit. par.* 1. *tertij temporis, num.* 11.

quæſtione

quæſtione 11. *prope fin. verſic. prædicta vera.* vbi, quòd reſtitutio facta motu proprio, & ex certa ſcientia, quando fit per viam gratiæ, non tollit ius alteri quæſitum: & eſt textus *in capit. quamuis. de reſcription. in* 6. & *ibi* Gloſſ. *in* 2. *notabili.* vbi, quòd gratia Principis intelligitur ſine præiudicio tertij. Imolenſis *in capit. quia diligentia. numero* 6. *de electione.*

Et ideò etiam, quòd Papa reſtituat 40. Præceptoriam cum omnibus priuilegiis, iuriſdictionibus & iuribus, quæ priùs habebat; non tamen cenſetur reſtituta quoad prioritatem, neque recuperat priorem locùm, cùm hoc expreſsè non fuerit dictum. *lib.* 2. *ff. de Decurion. in princip. qui ad tempus relegatus eſt, ſi Decurio ſit, deſinit eſſe Decurio, rurſus planè locum ſuum non obtinebit.* & *ibidem* Bart. ait, quòd Doctores expulſi de Collegio, ſi reſtituantur, non recuperant locum eorum in Collegio, ſi Collegium eſt plenum: nec tanquàm antiquiores præferuntur in dando primam vocem, ſed habentur tanquàm de nouo aduenientes. & idem repetit

in lib. 1. *C.de his qui in exilium dati.lib.*10.& ſequitur Iaſ. *in l. Gallus.*§. *& quid ſi tantùm. num.*71. *ff. de liber.& poſthum.* & *ibidem* Bolognett. 217. qui *num.*205. dixerat, quòd *lib.* 2. *ff. de Decurion.* loquitur de loco in ſedendo, qui naturaliter ab alio occupatur, & ideò ſi fiat reſtitutio, non recuperatur, niſi expreſsè dicatur à Principe. Dec. *in l. cùm quid. num.* 11. *ff. ſi certum petatur.* vbi, quòd Doctor reſtitutus ad Collegium non recuperat priorem locum in præiudicium eorum, qui medio tempore doctorati ſunt: & de Canonico, qui renunciauit Canonicatui, quòd non recuperet primum locum, eſt text. *in cap. ex inſinuatione* 26. *de ſimon.* & *ibidem* Felyn. *num.* 5. vbi, quòd priuatus omni iure Collegij, ſi reſtituatur, non recuperat primum locum, niſi eſſet facta pleniſſima reſtitutio, non obſtante aliqua Conſtitutione, quam ipſe Papa feciſſet, vt meliùs declarat Imol. *in cap.quia diligentia.num.*6. *de electiõn.* Rebuff. *de nominat. quæſt.* 21. *num.*23. vbi, quòd nominatus, ſi fuit priuatus, & poſteà per Principem reſtitutus, non præfertur nominatis medio tempore. Selua *de Beneficiis part.* 3. *quæſt.* 31. *num.*2.

vbi,

vbi, quòd reſtitutus non præfertur alteri, etiamſi reſtitutio ſit facta motu proprio, & aliis ampliſſimis clauſulis.

Quæ concluſio procedit, etiamſi d. reſtitutio Præceptoriæ ſit facta cum clauſulis *Motu proprio*, & *ex certa ſcientia*, quia dictæ clauſulæ non ampliant gratiam, nec tollunt ius alteri quæſitum. Gloſſ. *in Clem. per litteras* 2. *v. directas. de Præben. & in Clemen. ſi Romanus* 4. *poſt figurationem caſus. verſ. nota, quòd proprius motus. eodem tit.* vbi, quòd motus proprius non ampliat gratiam, ſed excludit ſubreptionem. Abb. *in cap. cauſam quæ* 19. *num.* 3. *de teſtibus.* vbi, quòd motus proprius non præiudicat parti aduerſæ. Felyn. ... *cap. ad aures* 8. *num.* 8. *de reſcript.* vbi, quòd motus proprius non præiudicat patrono, & regulariter non præiudicat tertio. Vital. de Gambanis *de clauſ. in clauſ. Motu proprio. n.* 1. vbi, quòd non tollit ius tertij. Selua *de Beneſ. part.* 3. *quæſt.* 31. *num.* 2. vbi, quòd motus proprius non tollit ius alterius. Rebuff. *in Regul. Cancellariæ* 17. *verſ. quintò.* vbi, quòd per clauſulam, *Motu proprio*, vel *ex certa ſcientia*, non intendit Papa ius tertij tollere. Dec. *conſ.* 468. *num.* 20. & 41.

21.vbi, quòd clauſula, *Motu proprio*, non tollit ius tertij; neque clauſula, *Ex certa ſcientia* aliquid operatur in præiudicium tertij. Cardin. *conſ. 96. num. 3. verſ. & quod.* vbi, quòd Papa per litteras motu proprio conceſſas non præiudicat patrono; quia motus proprius non ampliat gratiam, ſed ſolùm tollit ſubreptionem. *& conſ. 136. num. 13. verſ. Item, motus proprius.* vbi, quòd motus proprius non tollit ius alterius: latè Gabr. *de clauſ. concl. 2. n. 10. & ſeq.*

Et ratio eſt: quia cùm eo ipſo, quo Præceptoria fuit ſuppreſſa, non ſolùm Religio ſancti Dominici, ſed omnes aliæ Religiones acquiſiuerint actualem prioritatem in tempore; ad hoc, vt per fictionem d. Præceptoria recuperaret prioritatem temporis, requirebatur derogatio regulæ *de iure quæſito non tollendo*, & expreſſa reſtitutio, etiam quoad prioritatem, iuxta tex. *in cap. quamuis. de reſcript. in 6.* niſi de hoc expreſsè dixerimus: & colligitur ex tex. *in l. 2. ff. de decurion. in princ.* ibi: *Reſtitutus tamen in ordine.* & ex *l. 1. C. de ſentent. paſſis, & reſtitut. lib. 9.* ibi: *Reſtituo te.* Bolognett. *in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. n. 205. ff. de liber. & poſthum.*
42. † Et ex his patet reſponſio ad

ad Tiraquell. qui loquitur de reſtitutione ex iuſtitia, vt patet *d. n.* 69. loquitur enim de reſtitut. ex capite doli, metus,&c. & ad Bolognett. qui, licèt diſtinguat plures caſus, nihilominùs tamen in reſtitutione ex gratia videtur tenere contrarium, vt patet *ex dicto n.*105.*& n.*217. vbi, quòd ſi locus ſit plenus(prout eſt in hoc caſu)non recuperatur per reſtitutionem:& ad Sfortiam Oddum,qui generaliter loquitur de dignitatibus, quæ cohærent perſonæ,non autem de aliis caſibus.

Ad 2. & 3. & 4. argumentum Reſpondetur, procedere cęteris paribus: & vlteriùs ad 2. Reſpondetur, quòd illa opinio procedit de æquitate, non de rigore iuris, vt declarat Dec. *in l. cùm quid. num.* 11. *in fin. ff ſi cert. petat.* vbi etiam *num.* 12. loquens de Doctoribus dicit, hoc procedere inter Doctores eiuſdem profeſſionis,& quando eſt Doctoratus cum examine: Generalis verò Prædicatorum eſt maior dignitate, vnde argumentum non procedit. † Ad 3. 43. 44.
Reſpondetur, argumentum ſumptum ab habitu pręlaturę ſæcularis, quem ex priuilegio gerit Commendator ſancti Spiritus, non procedere contra Prælatum

regu

patibus Fauentino, Rauennatenſi, Imolen. & Ceruien. in Romandiola, & inſuper inſtituit Inquiſitorem generalem Sabaudiæ, & Inquiſitorem Auenionenſem, & Inquiſitorem Venetum.

Et adhæc reſpicientes Summi Pontifices in Breuibus directis Electoribus Magiſtrorum generalium dicti Ordinis Prædicatorum, pro eligendo nouo Generali, poſtquàm hortati ſunt illos ad eligendum idoneum de ſcientia & moribus, addunt, vt eligant eum, qui hæreſum prauitati obſiſtere poſſit, vt videre eſt in Breuibus, præſertim à Paulo III. vſque ad Gregorium XIV. Sixti V. & Clementis VIII. quæ omnia aſſeruantur in Archiuio Eccleſiæ beatæ Mariæ ſupra Mineruam.

32. Non obſtat igitur primò, quòd Ordo ſancti Spiritus, cuius ſe eſſe Caput dicit Commendator, fuerit inſtitutus de anno 1204. quia quicquid ſit, an de illo tempore fuerit ab Innocentio inſtitutus, hoc eſt, fuerit primò approbatus, an verò in eum locum fuerit ab Innocentio tranſlatus, Reſpondetur primò, non probari, quòd hodie ille Ordo ſit in rerum natura,

&

& credo hodie in vrbe non exiſtere, cùm ille Ordo, qui dicitur ab Innocentio inſtitutus, fuerit Fratrum laïcorum hoſpitalitati incumbentium; hodie tamen in d. Hoſpitali nõ exiſtit Ordo, qui ſit Fratrum laïcorum: vnde Commendator non eſt Caput illius Ordinis, ſed alterius Ordinis, cùm † non entis nullæ ſint qualitates. *l. eius qui in Prouincia. verſ. quoniam. ff. ſi cert. pet. l. 2. ff. de vſufr. l. 4. §. condemnatum. ff de re iud. cap. ad diſſoluendum. de ſponſalib.* † Secundò Reſpondetur, quòd quatenus d. Ordo, ſeu Congregatio, exiſteret: nihilominùs Commendator, qui fortè non eſt Caput Religionis, ſed loco Capitis, tenetur probare, non ſolùm quòd ſit Caput Religionis antiquioris, ſed quòd ſit Caput Religionis, aut Congregationis, quæ non ſit ex Mendicantibus, ſed alterius generis, cui præcedentia debeatur, & ſit ex illis Religionibus, quæ præferuntur Religioni Prædicatorum, cùm Generalis Prædicatorum fundatam habeat intentionem in Conſtitutionibus pontificiis, quòd omnibus præferatur, quibuſdam exceptis, † aliàs probatio Commẽdatoris, quòd ipſe ſit Caput alicuius Religionis, aut Congregationis, tanquàm æquiuoca, non

Margin numbers: 33 (beside "cùm † non entis…"), 34 (beside "† Secundò"), 35 (beside "exceptis, † aliàs").

ſuffragatur *cap. in præſentia. de probation.*
36. † Tertiò Reſpondetur, quòd Iulius III. de anno 1550 ſuppreſſit & extinxit Pręceptoriam ſancti Spiritus, quæ Caput aliarum Præceptoriarum ab eodem Hoſpitali dependentium exiſtit, & eius loco erexit Confraternitatem ſub inuocatione eiuſdem ſancti Spiritus, & mandauit per aliquos ex d. Confraternitate, inter quos vnus eſſet Prælatus, vt loco Præceptoris gubernaret: & hæc ſuppreſſio habuit effectum, vt patet ex electione Prælati facta per Confraternitatem, vt videre eſt in impreſſione libri Priuilegiorum S. Spiritus, qui authenticus adſeruatur in Bibliotheca Illuſt. & Reuerend. Ioan. Baptiſtæ Coccini Rotæ Decani: quare, cùm Præceptoria ſit ſuppreſſa, ſuppreſſa eſt etiam omnis eius antiquitas & priuilegia: cùm non entis nullæ ſint qualitates, ex ſupradictis: & ex hoc etiam colligitur, quòd in d. Hoſpitali de eo tempore nullus aderat Ordo, nec Congregatio, de qua meminit Innocentius in ſua Bulla, cùm omnia adminiſtraret Congregatio ſæcularium per Iulium III. erecta.

37. Et ex abundanti aduerte, quòd Fratres

ſancti Spiritus enunciantur Ordinis ſancti Auguſtini in pluribus Bullis Romanorum Pontificum, quæ ſunt regiſtratæ *in libro Priuilegiorum ſancti Spiritus*, vt *in Bulla* Eugenij IV. *de anno* 1432. *in Bulla* Caliſti III. *de anno* 1450. *in Bulla* Pauli II. *de anno* 1465. *in Bulla* Sixti IV. *de anno* 1473. *in Bulla* Innocentij VIII. *de anno* 1485. *in Bulla* Clementis VII. *de anno* 1520. *in Bulla* Iulij III. *de anno* 1553. *& in aliis*. Vnde, ſi Commendator eſt Caput Religionis, ſeu Fratrum Ordinis ſancti Auguſtini; non autem Ordinis, qui ſolùm viuit ſub Regula ſancti Auguſtini, qui eſt vnus ex Mendicantibus, ſumus in claris, quòd Generalis Prædicatorum eſt præferendus Commendatori, iuxta d. Conſtitutionem Pij V.

Neque ſatisfacit replicatio, quòd d. Præceptoria fuerit reſtituta in priſtinum ſtatum per Paulum IV. de anno 1556. cum clauſ. *Motu proprio*, & ex certa ſcientia, & ad cautelam de nouo erecta, & ideò acquiſiuit omnia iura, quæ priùs habebat. Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 32. *num.* 69. Oddus *de reſtit. in integr. par.* 2. *quæſt.* 96. *num.* 8. Bologn. *in l. Gallus.* §. *& quid ſi tan-* 38.

tùm.ff. de liber. & poſthum. & *ibidem* Doctores.

Nam reſpondetur, duplicem eſſe reſtitutionem. Altera eſt gratioſa, ex mera gratia Principis. Altera eſt ex iuſtitia, vt putà reſtitutio, quæ datur ex cauſa doli, metus, fraudis, ætatis, & ſimili de cauſa. Nos verſamur in reſtitutione gratioſa: non autem in reſtitutione ex iuſtitia. Reſtitutio autem ex gratia non tollit ius alteri quæſitum, niſi Princeps hoc dixerit, vt bene diſtinguit Bald. *in l. fin. num. 6. C. de ſent. paſſis, & reſtit. lib. 9.* vbi, quòd reſtitutio ex mera liberalitate & gratia non ſe extendit in præiudicium tertij. Iaſon. *in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. ff. de liber. & poſthum. num.* 73. vbi, quòd reſtitutio facta per viam gratiæ non tollit ius alteri quæſitum, & conſequenter non recuperat locum, vt dixit ex Bartol. *n.* 71. Cuman. *ibidem, num.* 11. vbi pariter tenet, quòd reſtitutio, quæ fit ex gratia, non tollit ius alteri quæſitum, etiam quòd ſit in ſpe quæſitum: & quòd ius competens ex ſpe per reſtitutionem non tollatur, tenet Pariſ. *ibidem, num.* 101. Nellus de ſancto Geminian. *de bannit. par.* 1. *tertij temporis, num.* 11.

quæſtione

quæſtione 11. *prope fin. verſic. prædicta vera.* vbi, quòd reſtitutio facta motu proprio, & ex certa ſcientia, quando fit per viam gratiæ, non tollit ius alteri quæſitum: & eſt textus *in capit. quamuis. de reſcription. in* 6. & *ibi* Gloſſ. *in* 2. *notabili.* vbi, quòd gratia Principis intelligitur ſine præiudicio tertij. Imolenſis *in capit. quia diligentia. numero* 6. *de electión.*

Et ideò etiam, quòd Papa reſtituat 40.
Præceptoriam cum omnibus priuilegiis, iuriſdictionibus & iuribus, quæ priùs habebat; non tamen cenſetur reſtituta quoad prioritatem, neque recuperat priorem locùm, cùm hoc expreſsè non fuerit dictum. *lib.* 2. *ff. de Decurion. in princip. qui ad tempus relegatus eſt, ſi Decurio ſit, deſinit eſſe Decurio, rurſus planè locum ſuum non obtinebit.* & *ibidem* Bart. ait, quòd Doctores expulſi de Collegio, ſi reſtituantur, non recuperant locum eorum in Collegio, ſi Collegium eſt plenum: nec tanquàm antiquiores præferuntur in dando primam vocem, ſed habentur tanquàm de nouo aduenientes. & idem repetit

in lib. 1. C.de his qui in exilium dati.lib.10.& ſequitur Iaſ. *in l. Gallus.§. & quid ſi tantùm. num.71.ff. de liber.& poſthum.* & *ibidem* Bolognett. 217. qui *num.*205. dixerat, quòd *lib. 2.ff. de Decurion.* loquitur de loco in ſedendo, qui naturaliter ab alio occupatur, & ideò ſi fiat reſtitutio, non recuperatur, niſi expreſsè dicatur à Principe. Dec. *in l. cùm quid. num. 11. ff. ſi certum petatur.* vbi, quòd Doctor reſtitutus ad Collegium non recuperat priorem locum in præiudicium eorum, qui medio tempore doctorati ſunt: & de Canonico, qui renunciauit Canonicatui, quòd non recuperet primum locum, eſt text. *in cap. ex inſinuatione 26. de ſimon.* & *ibidem* Felyn. *num.* 5. vbi, quòd priuatus omni iure Collegij, ſi reſtituatur, non recuperat primum locum, niſi eſſet facta pleniſſima reſtitutio, non obſtante aliqua Conſtitutione, quam ipſe Papa feciſſet, vt meliùs declarat Imol. *in cap.quia diligentia.num.6. de electio.* Rebuff. *de nominat. quæſt. 21. num.23.* vbi, quòd nominatus, ſi fuit priuatus, & poſteà per Principem reſtitutus, non præfertur nominatis medio tempore. Selua *de Beneficiis part. 3. quæſt. 31. num.2.*

vbi,

vbi, quòd reſtitutus non præfertur alteri, etiamſi reſtitutio ſit facta motu proprio, & aliis ampliſſimis clauſulis.

41. Quæ concluſio procedit, etiamſi d. reſtitutio Præceptoriæ ſit facta cum clauſulis *Motu proprio*, & *ex certa ſcientia*, quia dictæ clauſulæ non ampliant gratiam, nec tollunt ius alteri quæſitum. Gloſſ. *in Clem. per litteras* 2. *v. directas. de Præben. & in Clemen. ſi Romanus* 4. *poſt figurationem caſus. verſ. nota, quòd proprius motus. eodem tit.* vbi, quòd motus proprius non ampliat gratiam, ſed excludit ſubreptionem. Abb. *in cap. cauſam quæ* 19. *num.* 3. *de teſtibus.* vbi, quòd motus proprius non præiudicat parti aduerſæ. Felyn. *in cap. ad aures* 8. *num.* 8. *de reſcript.* vbi, quòd motus proprius non præiudicat patrono, & regulariter non præiudicat tertio. Vital. de Gambanis *de clauſ. in clauſ. Motu proprio. n.* 1. vbi, quòd non tollit ius tertij. Selua *de Benef. part.* 3. *quæſt.* 31. *num.* 2. vbi, quòd motus proprius non tollit ius alterius. Rebuff. *in Regul. Cancellariæ* 17. *verſ. quintò.* vbi, quòd per clauſulam, *Motu proprio*, vel *ex certa ſcientia*, non intendit Papa ius tertij tollere. Dec. *conſ.* 468. *num.* 20. &

21.vbi, quòd clauſula, *Motu proprio*, non tollit ius tertij; neque clauſula, *Ex certa ſcientia* aliquid operatur in præiudicium tertij. Cardin. *conſ.* 96. *num.* 3. *verſ.& quod.* vbi, quòd Papa per litteras motu proprio conceſſas non præiudicat patrono; quia motus proprius non ampliat gratiam, ſed ſolùm tollit ſubreptionem. *& conſ.* 136. *num.* 13. *verſ. Item, motus proprius.* vbi, quòd motus proprius non tollit ius alterius: latè Gabr. *de clauſ. concl.*2.*n.*10.*& ſeq.*

Et ratio eſt: quia cùm eo ipſo, quo Pręceptoria fuit ſuppreſſa, non ſolùm Religio ſancti Dominici, ſed omnes aliæ Religiones acquiſiuerint actualem prioritatem in tempore; ad hoc, vt per fictionem d. Præceptoria recuperaret prioritatem temporis, requirebatur derogatio regulæ *de iure quæſito non tollendo*, & expreſſa reſtitutio, etiam quoad prioritatem, iuxta tex. *in cap. quamuis. de reſcript: in* 6. niſi de hoc expreſsè dixerimus: & colligitur ex tex. *in l.*2. *ff. de decurion. in princ.* ibi: *Reſtitutus tamen in ordine.* & ex *l.* 1. *C. de ſentent. paſſis, & reſtitut.lib:*9. ibi: *Reſtituo te.* Bolognett. *in l.Gallus.§. & quid ſi tantum. n.* 205. *ff. de li-*
42. *ber. & poſthum.* † Et ex his patet reſponſio

ad

ad Tiraquell. qui loquitur de reſtitutione ex iuſtitia, vt patet *d. n.* 69. loquitur enim de reſtitut. ex capite doli, metus,&c. & ad Bolognett. qui, licèt diſtinguat plures caſus, nihilominùs tamen in reſtitutione ex gratia videtur tenere contrarium, vt patet *ex dicto n.*205.*&* n.217. vbi, quòd ſi locus ſit plenus(prout eſt in hoc caſu)non recuperatur per reſtitutionem:& ad Sfortiam Oddum,qui generaliter loquitur de dignitatibus, quæ cohærent perſonæ,non autem de aliis caſibus.

Ad 2. & 3. & 4. argumentum Reſpondetur, procedere cęteris paribus: & vlteriùs ad 2. Reſpondetur, quòd illa opinio procedit de æquitate, non de rigore iuris, vt declarat Dec. *in l.cùm quid.num.* 11.*in fin.* *ff ſi cert.petat.*vbi etiam *num.* 12.loquens de Doctoribus dicit, hoc procedere inter Doctores eiuſdem profeſſionis,& quando eſt Doctoratus cum examine: Generalis verò Prædicatorum eſt maior dignitate, vnde argumentum non procedit. † Ad 3. Reſpondetur, argumentum ſumptum ab habitu prçlaturç ſæcularis, quem ex priuilegio gerit Commendator ſancti Spiritus, non procedere contra Prælatum 43. 44.

regularem, qui non mutat habitum, neque poſſet mutare, ſi vellent: ſed tantùm procedere inter Prælatos ſæculares, quorum habitus illuſtrior digniorem perſonam oſtendit: ſicuti hodie non licet arguere, quòd Cardinales ſæculares, qui gerunt veſtes purpureas, vt ſunt Cardinales ex aliqua Religione ad Cardinalatum aſſumpti, nec ante Decretum Gregorij XIV. *in nou. Bullar. ſub num. 9. tom. 2.* in quo conceditur birettum rubrum Cardinalibus regularibus, licebat arguere Cardinales, qui gerebant birettum nigrum, non eſſe pares cæteris Cardinalibus ſæcularibus, qui gerebant birettum rubrum.

45. Quod etiam clariùs exemplis oſtenditur. Nam Generalis Prædicatorum, licèt non gerat rochettum, neque mozzettam; nihilominùs præcedit Auditores Rotæ, Clericos Cameræ, Abbreuiatores de Parco maiori, qui gerunt rochettum & mozzettam, & in ipſa Capella pontificia, Reuerend. Magiſter ſacri Palatij, præter Rotæ Decanum, aut alium antiquiorem Auditorem, qui ſit loco Decani, præcedit omnes alios Auditores; & ta-

men

men d. Magiſter non gerit habitum Prę-lati, nec rochettum, aut mozzettam: & in hac ipſa Congregatione generalis Prædicatorum ſemper præceſſit Peniam Rotæ Decanum, vt dictum eſt: & Auditores Rotæ pręcedunt Commendatorem ſancti Spiritus. † Vnde, cùm militet eadem ratio, 46.
intrat Regula: Si vinco vincentem te, multò magis vinco te. *l. de acceſſionibus. ff. de diuer. & tempor. præſcript. l. æquiſſimum ff. ad Tertyllianum.* Rot. *dec.* 59. *num.* 2. *par.* 1. *in recent.* † Ad 4. vltra ſupradicta *num.* 1. etiam 47.
Reſpondetur, non conſtare, quòd Commendator ſancti Spiritus ſit Secretarius apoſtolicus, niſi fortè dicat, ſe eſſe Secretarium, ex quo nomine Hoſpitalis poteſt interuenire in Congregationibus Secretariorum, vt dicitur *in Romana Secretariatus*, 28. *Februarij*, 1594. coram Cardinale Arigonio: nec minùs conſtare, quòd ſit Protonotarius ex priuilegio: & quatenùs conſtaret, dicitur, quòd Secretarij apoſtolici non pręcedunt alios Prælatos; & quòd Protonotarij ex priuilegio non pręcedunt alios Prælatos antiquiores, vt notum eſt in vrbe.

Secundò Reſpondetur, quòd quate- 48.
nus

nus Papa conceſſiſſet Commendatori priuilegia Secretariorum & Protonotariorum; nihilominùs intelligeretur conceſſiſſe ea, quæ concernunt præiudicium Papę concedentis, & quæ de facili concedi ſolent; non autem ea, quæ fiunt cum præiudicio tertij: huiuſmodi enim priuilegia, quatenùs tertiò inferant præiudicium, ſtrictè ſunt intelligenda. *cap. ex tuarum. de authent. & vſu pallij.* vbi de priuilegio conceſſo Archiepiſcopo, vt poſſet deferre pallium in aliena prouincia: & *ibidem* Abb. *num.* 5. Butr. *num.* 4. Cardinal. *num.* 2. *verſ. & dicit.* Innocent. Coſta *conſil.* 24. *num.* 9. Lanar. *conſil.* 72. *num.* 9. & 10. Iacob. Philipp. Port. *conſil.* 165. *num.* 44. Gama *deciſion.* 1. *num.* 25. Collegium Bononienſe *num.* 73. quæ conſilia ſunt poſt Conſilia Cardinalis Zabarellæ, & loquuntur omnes in materia præceden-
49. tiæ. † Alex. Galuan. *conſil.* 29. *num.* 15. qui etiam dicit, quòd Frater creatus Diffinitor à Generali, tanquàm ſi fuiſſet iam Prouincialis, non præcedit alios Diffinitores, qui ſunt verè & ſolenniter creati Diffinitores. Gonzal. *ad reg.* 8. §. 5. *num.* 97. *& ſequent.*

& ſequent. † vbi concludit, Canonicum 50.
Coadiutorem debere habere locum poſt omnes Canonicos, etiamſi Papa dixerit in Coadiutoria, quòd Coadiutor habere debeat omnes, & ſingulas prærogatiuas, & præeminentias, & honores, quos N. ratione dignitatis, aut Canonicatus haberet. † Et ratio eſſe poteſt: quia hu- 51.
iuſmodi priuilegia conceduntur honoris gratia, & non ad effectum aliis præiudicandi. Iacobac. *de Concil. lib.* 1. *art.* 5. *n.* 7. & Petrùs Gregor. Tholoſan. *in Syntagm. Iur. vniu. lib.* 15. *cap. vltim. num.* 12. dicit, quòd Protonotarij extraordinarij ſine numero à Summo Pontifice gratuitò creati, qui eius dignitatis priuilegiis perinde gaudent atque alij; commodum tamen aliud non conſequuntur.

Corroborantur prædicta ex eo, quòd 52.
illi, qui verè ſunt Protonotarij, non participantes, & ſupranumerarij, & ſpecificè creantur Protonotarij, non præcedunt alios ſimplices Prelatos antiquiores, vt notum eſt in Curia: † nec Protonotarij 53.
ex priuilegio habent locum in Capella pontificia, vt pàtet *ex Cæremoniali, lib.* 2. *ſection. ſecunda, titul. de ordin. ſedendi in*

Capella

Capella Papæ : in quo non enumerantur Protonotarij ex priuilegio, ſed ſolùm participantes: & etiam hodie ſeruatur, vt teſtantur Magiſtri cæremoniarum Capellæ pontificiæ. Ergo multò magis Commendator, qui non eſt Protonotarius, ſed dicit ſe habere priuilegia Protonotariorum, quorum infinitus eſt numerus, præcedere debet Generalem Prædicatorum, qui eſt vnicum Caput ampliſſimę Religionis, &
54. perpetuus, verúſque Pręlatus: † & bene dicit Abb. de dignitatib. in genere loquens *in cap.* 1. *num.* 4. *de priuileg.* quòd propter magnum numerum vileſcit dignitas: & de Referendariis loquitur Iacobac. *de Concil. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 4.
55. Vltimò. Reſpondetur, omnia priuilegia ſuppreſſa fuiſſe cum ſuppreſſione Pręceptorię, vel illis ſaltem eſſe derogatum ex Conſtitut. Pij V. quę derogat omnibus priuilegiis, & indultis, ac etiam Conciliis generalibus.
56. Quòd autem non poſſit pręcedere, vt Generalis ſeruorum, res eſt clara, quia Ordo ſeruorum eſt vnus ex Mendicantibus, & incœpit de anno 1234. vt dicit Add. ad Felyn. *in rubr. de maior. & obed. n.* 5. *in fin.*
Nec

Nec ex iſtis qualitatibus ſimul iunctis 57.
præcedentia debetur Commendatori,
quia multiplicatio plurium iurium in eadem
perſona, quorum nullum de per ſe
eſt ſufficiens ad conſecutionem prærogatiuæ,
non operatur, vt Commendator
præcedere debeat. Roman. *conſil.* 332.
*num.*7. vbi, quòd Licentiatus in Decretis,
& Magiſter in Artibus non præfertur
Decretorum Doctori propter ſupradictam
rationem. ex tex. *in l. ſpadonem.* §.
qui iura multa. ff. de excuſat. tutor. & Romanum
ſequitur Felyn. *in rubr. de maior.
& obed. num.* 2. *verſ. habens plures gradus.
& in cap. clerici* 8. *num.* 3. §. *nota etiam. verſ.
Vnde Doctor Artium. de iudic.* Decian. *in l.
cùm quid. in* 1. *lectura, num.* 28. *ff. ſi cert.
petat.* Boër. *de auctor. magn. Conſilij, num.*96.
Rubeus *conſil.* 86. *num.* 2. Rebuff. *de nominat.
quæſt.* 21. *num.*48. *verſ. intellige.* Staphil.
de litter. gratiæ & iuſtitiæ, par. 1. *ante
fin. num.* 12. *verſ. Octaua concluſio. fol. mihi*
103. quos refert & ſequitur ad Roman,
in d. conſil. 333. *num.*7. *littera C.* Vnde cùm
nec Secretarij apoſtolici, nec Protonotarij,
nec Generalis ſeruorum præcedat
Generalem Prædicatorum; ſed Generalis

Prædicatorum præcedat Generalem Ordinis ſeruorum, ſine dubio præfertur d. Generalis Commendatori, etiamſi Commendator ſit Generalis ſeruorum, ac etiamſi eſſet Secretarius, & Protonotarius apoſtolicus ex priuilegio; quia nullus ex dictis gradibus eſt de per ſe ſufficiens ad conſecutionem præeminentiæ.

58. Ad 5. Reſpondetur, attendendam eſſe conſuetudinem in præcedentiis. Ruin. *conſ 19.num.6.lib.1. & conſ. 155.n.4.vol.4.* Decian. *conſ.7. num. 5. & 14. vol.3.* Rot. *deciſ.866.num. 2. & deciſ. 867.num.1.par.4.*

59. *diu.* † Sed non poſſe argui ex ſeſſionibus, quæ fiunt in Capella pontificia, vel in Conciliis, in quibus Papa eſt præſens ad præcedentiam, vel maiorem dignitatem in aliis locis, & ſeſſionibus, vt in terminis de ſeſſionibus Capellæ papalis, & Conſiſtorij, dicit Iacobac. *de Concil. lib.1.cap. 1. num. 113. & 114.* & in ſimili dixit Rota *in Aſten. Sedis, 27. Februarij* 1589. quæ eſt *deciſ. 865.num. 7. par.4.diu.*

60. † Quòd in Capella pontificia incenſatio, & oſculum pacis non datur gradatim, ſed prout dignitas perſonarum, vel obſeruantia introduxit.

Et

Et in eadem Capella videmus, quòd 61.
Epiſcopi aſſiſtentes præcedunt Oratores Imperatoris,& Regum; & quòd Subdiaconi & Pœnitentiarij Baſilicæ ſancti Petri pręcedunt Auditores Rotæ:& tamen clarum eſt in iure, & ita de facto ſeruatur, quòd extra Capellam,& vbique locorum Orator Imperatoris præcedit Epiſcopos, & quòd Auditores Rotæ præcedunt Subdiaconos & Pœnitentiarios ſancti Petri.
† Vnde bene dixit Geminianus *in cap. Epiſcopus. n.4. 17. diſtinct.* quòd in Conſiſtorio 62.
Papæ ſeruanda eſt conſuetudo.

Et generaliter ex præcedentia, quã quis 63.
habet in vno loco, nõ poteſt argui ad præcedentiam in alio loco. Nam, ſi Auditor Rotæ fiat Patriarcha, aut Epiſcopus; nihilominùs in Rota nõ pręcedit alios Auditores; licèt extra Rotã pręcedat. Seraph. *deciſ. 1216. in fin.* Archipresbyter in diuinis præcedit Archidiaconũ:& tamen clarũ eſt in iure, quòd Archidiaconus eſt maior Archipresbytero, & quòd extra diuina præfertur Archidiaconus, & in cæteris aliis actibus, vt not. *in cap. 1. de offic. Archid.* Nau. *conſil.* 638. *num.* 10. Menoch. *conſ.* 51. *n.* 56. Purpurat. *in lib.* 1. *num.* 199. *ff. de offic. eius.*

Pater in Eccleſia tenetur exhibere reuerentiam filio Epiſcopo : filius autem in domo paterna tenetur exhibere reuerentiam patri, vt aduertit Hoſtienſ. *in cap. Indecorum 3. num. 5. de ætat. & qualit. ordin.* Epiſcopus, ſeu Vicarius Canonicus in Choro & Capitulo non præcedunt alios Canonicos, licèt extra Chorum præcedant omnes Canonicos, vt ſuprà dixi.

64. Et quòd Generales Ordinum in Concilio generali, ſi Papa non eſt præſens, præferantur Protonotariis participantibus, dicit Iacobac. *de Concilio, lib. vlt. cap.* 15. *num.* 23. vbi reddit rationem huius præcedentiæ: quia, quando Papa eſt præſens, Protonotarij aſſiſtunt Papæ, vt miniſtri, ſecùs verò, quando non eſt præſens: ergo multò magis Generales Ordinum præferri debent Protonotariis non participantibus, & honoris gratia creatis. *& in libro ſacrarum cæremoniarum, lib.* 3. *ſect.* 2. *cap.* 1. *de ordine ſedendi in Capella Papæ.* poſtquam *in* §. *in Capella autem.* dictum eſt, quòd *primo loco ſedet Vicecamerarius, deinde Oratores Regum & Principum; Prælati tamen, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Protonotarij, Abbates, Generales Ordinum, & Pœnitentiarij: ſubdi*

ſubditur: *Sed Protonotarij & Abbates ſolent habere proprium locum vltimum in ordine.* Vnde videtur colligi, Quòd Protonotarij & Abbates tunc temporis ſedebant poſt Generales Ordinum: † quod etiam 65. confirmatur exemplo: nam de tempore Gregorij XIII. cùm in Capella pontificia Abbas Oliuetanus habens vſum mitræ vellet ſedere ante Generales Ordinum, recuſarunt Generales: & cùm Papa mandaſſet Magiſtris Cæremoniarum, vt dicto Abbati daretur locus in Capella ante omnes Generales, acquieuerunt Generales: ſed in Capella ampliùs non interfuerunt, donec controuerſia fuit extincta per diſceſſum Abbatis, vt legitur *in libro primo Diariorum* Franciſci Mucantij *in fine, & tom.2. in princip.*

Neque obſtat replicatio, ſeu ratiocinatio, quòd Epiſcopi aſſiſtentes præcedunt Oratores Regum in Capella, tanquàm repræſentantes Collegium, ſicut etiam Pœnitentiarij præcedunt alios, tanquàm Collegium: extra Capellam verò non præcedunt; quia reputantur tanquàm perſonæ ſingulares: & ex eadem ratione Subdiaconi præcedunt in Capella 66.

Auditores Rotæ; qui tamen extra Capellam, & extra eorum Collegium, vti ſinguli illos non præcedunt. Vltra, quod tam Epiſcopi aſſiſtentes, quàm Subdiaconi in Capella ſtant in actuali ſeruitio Papæ; & ob hanc rationem Epiſcopi aſſiſtentes præferuntur Oratoribus Principum, Subdiaconi Auditoribus: hæc autem ratio ceſſat in Commendatore, & aliis Prælatis, qui non ſunt in Capella ratione ſeruitij, ſed ratione dignitatum, & Prælaturarum.

Nam Reſpondetur, non probari, quòd Epiſcopi aſſiſtentes ſint in Capella tanquàm repræſentantes Collegium, cùm ipſi nullum habeant Collegium, vt clarum eſt: ſicuti nec etiam Subdiaconi, aut Pœnitentiarij pręcedunt Auditores Rotę, tanquàm repræſentantes Collegium, aut ratione ſeruitij, non tanquàm repræſentantes Collegium: quia etiam Auditores Rotæ ſunt in Capella, tanquàm repræſentantes Collegium. Non ratione ſeruitij, quia etiam Auditores Rotæ ſunt in Capella in actuali ſeruitio Papæ, immò maiore, & illuſtriore funguntur officio, vt patet *ex libro ſacrarum cæremoniarum, lib.* 3. *ſect.* 2.

ſect. 2. cap. 21. tit. de Auditoribus Rotæ: & nihilominùs Subdiaconi & Pœnitentiarij pręcedunt in Capella Auditores Rotæ, qui extra Capellam præcedunt vbique locorum, tam Subdiaconos, quàm Pœnitentiarios: & ſic patet, quòd ex conſuetudine Subdiaconi, & alij præcedunt in Capella, non autem de iure. Nec probatur, quòd alij Prælati, qui ſunt principales miniſtri Papæ, ſint in Capella, non vt miniſtri Papæ. Sed tanquàm Prælati honorarij, & quòd inter ipſos ſeruatur prętogatiua, provt de iure, quod eſt illud, de quo hodie diſputatur: nos enim dicimus in ſeſſionibus Capellæ attendi conſuetudinem; & hoc probamus exemplis: ſi igitur pars aduerſa dicit, inter aliquos ſeruari in ſeſſionibus Capellę ius commune, debet hoc probare, cùm contrarium oſtendatur in facto, & debet ſpecialiter probare, quòd inter Generalem & Commendatorem in ſeſſionibus Capellę papalis ſeruatur ius commune, ſecluſa omni conſuetudine, aliàs probatio tanquã æquiuoca non releuat. † *d. cap. in præſentia. de probation. cap. ad audientiam de decim. cum concord.* 67

68. Ad id verò, quòd Commendator ſancti Spiritus tunc temporis ſit deſcriptus in Concilio Lateranenſi inter Abbates, Reſpondetur, eaſdem ſeruari ſeſſiones in Capella & Concilio, quando Papa eſt præſens. Iacobac. *de Concil. lib. vlt. cap.*15. *num.*23. Vnde militant ſupradictæ reſpon-
69. ſiones. † Et vlteriùs dicitur, quòd ſeſſiones illius Concilij confunduntur: nam aliquando Abbates deſcribuntur poſt Generales Ordinum; vt *in ſeſſion.*12. aliquando Commendator ſancti Spiritus deſcribitur inter Generales; aliquando inter Abbates, vt *in ſeſſion.* 7. Et inter ipſos Generales Ordinum nullus ordo ſeruatur, vt *in ſeſſ.*2. 3. 4. *&* 5. Secundò Reſpondetur, Præceptoriam fuiſſe ſuppreſſam per Iulium III. & ideò de actibus factis ante dictam ſuppreſſionem, nullam haben-
70. dam eſſe rationem. † Vltimò Reſpondetur, quòd ſi Fratres ſancti Spiritus ſunt ex Mendicantibus, ſcilicet Ordinis ſancti Auguſtini, ceſſat obiectum: quia ex Conſtitutione Pij V. & Clementis VIII. Ordo Prædicatorum præfertur omnibus aliis Mendicantibus. Quòd autem ſint Ordinis ſancti Auguſtini, patet ex Bullis

Pontifi

Pontificum ſupracitatis, in quibus Hoſpitale ſancti Spiritus ſemper enuntiatur Ordinis ſancti Auguſtini. Nec valet reſponſio, quòd viuat ſub Regula ſancti Auguſtini; non autem ſit Ordinis ſancti Auguſtini: quia non dico, quòd Fratres, qui hodie ſunt in Hoſpitali, ſint Ordinis ſancti Auguſtini; ſed quòd illi Fratres, qui tunc erant in Hoſpitali, erant Ordinis ſancti Auguſtini: nam Hoſpitale ſancti Spiritus varias paſſus eſt mutationes, & de ſtylo Breuium clauſula Ordinis ſancti Auguſtini apponitur in illis Religionibus, quæ militant ſub Regula ſancti Auguſtini. Vnde cùm à Papa enuntientur Ordinis ſancti Auguſtini, & conſequenter Mendicantes; credendum eſt Papæ, quòd de illo tempore Fratres ſancti Auguſtini eſſent Mendicantes.

Ad vltimum Reſpondetur, derogatum eſſe priuilegio Leonis X. quatenùs oſtenderetur per Conſtitutionem Pij V. in quo derogatur omnibus priuilegiis & indultis. Secundò Reſpondetur, per dictum priuilegium Leonis nihil de nouo concedi; ſed ſolùm dici, quòd Fratres ſancti Spiritus præcedere debeant alios, † ſicuti 71. 72.

ſecundùm locorum conſuetudinem hactenus ſteterunt, ſederunt, inceſſerunt, & præceſſerunt : nam dictio, *hactenus*, comprehendit tempus preteritum.*l.* 1. *in princip. ff. de nou oper.nunt.* Rimin.iun. *conſ.* 491.*num.* 23. *lib.* 5. vbi, quòd refertur ad tempus preteritum. §. *fin.inſtit.de gradibus.* Rot.*deciſ.*223. *num.* 8. *par.* 2. *in recent.* vnde ad hoc, vt priuilegium habeat locum, debet probare Commendator, quòd attenta conſuetudine Ordo, ſeu Congregatio ſancti Spiritus ante priuilegium precederet Ordinem, ſeu Religionem Predicatorum, propter dictionem, *ſicut hactenus*, quæ ſtat limitatiuè, ſeu taxatiuè ad conſuetudinem. Bartol. *in Extrauag. ad reprimendum. ver. provt. num.* 2. Alexand. *conſil.* 46. *num.* 9. *lib.* 1. Rot. *deciſ.* 27. *num.* 2. *par.* 2. *diuer. & deciſ.* 454. *num. fin.* coram Seraphin.

73. Tandem non obſtat, quòd priuilegio conceſſo per ſanct. mem. Pium V. cenſeatur derogatum per Conſtitution. Gregorij XIII. *ſub dat.* 15. *Iulij*, 1583. quæ eſt *in veteri Bullario*, *Conſtitut.* 86. *tom.* 2. *fol.* 1323. in qua ſtatuitur, quòd ij præcedant, qui ſunt in quaſi poſſeſſione

ſione præcedendi: & quatenus non conſtet de quaſi poſſeſſione, præcedant ij, qui ſunt in loco controuerſiæ antiquiores. Primò, quia in dicta generali Conſtitutione non legitur ſpecialiter derogatum d. priuilegio Pij V. quod eſt priuilegium ſpeciale conceſſum Religioni Prædicatorum: † Conſtitutio autem, ſeu lex generalis, non tollit Conſtitutionem ſpecialem; etiamſi Conſtitutio generalis ſit poſterior. *cap. generi. de regul. iur. in 6. l. ſanctio legum.* 41. *ff. de pœnis.* vbi Doctor. *l. in toto iure. ff. de regul. iur.* vbi Decian. *num.* 7. & 11. Cagnol. *num.* 8. *l. non eſt nouum.* vbi Caſtr. & alij *ff. de legib.* Franciſc. Niconitius *in repet. c. quoniam contra. n.* 117. & 120. *de probation.* Socin. iun. *conſil.* 131. *num.* 51. *lib.* 2. Bald. *in cap.* 1. *numero* 21. *de reſcript.* & ideò dicta Conſtitutio non comprehendit Religionem Prædicatorum, ſed alias Religiones Mendicantes, inter quas poteſt eſſe controuerſia. † Secundò, quia d. Conſtitutio emanauit ad tollendas controuerſias & lites inter Fratres Mendicantes, vt patet ex proœmio ibi: *Sanè nobis nuper innotuit, quòd in multis Ciuitatibus,* &c. *nonnullæ lites,*

74. 75.

lites, cauſæ, & controuerſiæ inter Fratres Mendicantes,&c. *ſuper præcedentia,*&c. *ortæ iam ſint, & oriri facilè poßint,*&c. Ex quo colligitur cauſa finalis d. Conſtitutionis: eáque limitatur & reſtringitur. *l. regula eſt.* vbi Bart. & Bald. *ff. de iuris & facti ignorantia. l. fin. ff. de hæred. inſtit.* Curt. Iun. *conſ.* 185. *num.* 1. *&* 2. Roman. *conſil.* 16. *num.* 4. *& conſil.* 180. *num.* 6. Alex. *conſil.* 7. *num.* 3. *lib.* 2. Decian. *conſil.* 333. *num.* 2. Lapus *alleg.* 101. *num.* 24. *verſ. circa ſecun-*
76. *dum.* † Sed lites & controuerſiæ, neque aderant, neque oriri poterant inter Religionem Prædicatorum, & alias Religiones Mendicantes, ſiue ex Regula, ſiue ex priuilegio: quia, ſcilicet, iam fuerat deciſum per Pium V. ſicut etiam innuit Clemens VIII. quòd Patres Prædicatores vbique locorum, & in omnibus actibus præcedere debebant omnes alias Religiones Mendicantium: & patet ex communi obſeruantia, & aſſiduè videtur, quòd in publicis & priuatis diſputationibus Patres Prædicatores, nec laurea, nec magiſterio decorati præferuntur ſenioribus Religioſis ſancti Franciſci, ſancti Auguſtini, Carmelitanis, & aliis Mendicantibus

cantibus ex regula: Ceſſante autem ratione & cauſa legis, ceſſat etiam eius diſpoſitio. *l. adigere. §. quamuis.de iurepatron. l. generaliter. C. de Epiſcopis & Cleric. cap. magnæ. de voto. cap. cùm ceſſante 60. de appellat.* latè Tiraquell. *in tract. ceſſante cauſa. in princip.* 11. *& ſeq.*

Tertiò Reſpondetur, quòd Conſtitutio Gregorij XIII. ſolùm loquitur in proceſſionibus publicis & priuatis, ibi: *In proceſſionibus, tam publicis, quàm priuatis, præcedere debeant,*&c. Vnde tanquàm correctoria iuris communis, non eſt extendenda ad alios caſus. *l. ſi vnus.§. an omnia. ff.de pactis.* Bald. *cap. 1. in fin.de filiis Presbyterorum. in 6.* Doct. *in l. ſi verò. §. de viro.ff. ſolut. matrim. cap. cùm dilectus. de conſuetud.* Bald. *in l. 2. num. 1. & 2. verſ. Tertiò oppono. C. de legib.* Rogerius *de interpretat. iuris, quæſt. 5. num. 1. & 30.* Et ideò non comprehendit ſeſſiones in priuatis Congregationibus & caſibus; neque alios caſus, in quibus Religioſi non aſſiſtunt collegialiter, & etiam in eadem Bulla ſubditur: *Præterea, quia inter prædictos Ordines plerunque alia in proceſſionibus, & alia in Conciliis generalibus, & aliis actibus publicis, ſiue priuatis,* 77.

uatis, ratio circa modum præcedendi ſeruatur, nolumus per præſentes prærogatiuis dd. Ordinum quoad præcedētias huiuſmodi, quæ propriis Ordinibus, præterquàm in proceſsionibus prædictis. debentur, aliquod præiudicium generari.

78. Quartò Reſpondetur quòd poſt dictam Conſtitutionē ſacra Cōgregatio Illuſtriſſimorū & RR. Cardinaliū negotiis Epiſcoporum, & Regularium præfecta, ad tollēdas omnes lites de anno 1593. poſteà ſtatuit approbante Sanctiſſimo, vt in poſterum in proceſſionibus, cæteriſque actibus illud ſeruetur inter Regulares, quod in vrbe Romana ſeruatur, non obſtante Bulla Gregor. XIII. vt in declaratione, quam refert Stephan. Quaranta *in ſumma Bullarij, v. Præcedentia*, quę eſt etiam impreſſa *in priuilegiis Ordinum Camaldolenſium, fol.* 218. *& in Collectione Priuilegiorum* facta per Ioānem Baptiſtam Confectium *fol* 188. *impreſſ. Florentinæ.* & meminit etiam Io. Aloyſius Riuius *deciſ.* 131. *n.fin.par.*1. & ſequitur Rot. *in Salernitana Præcedentiæ*, 14. *Martij*, 1622. coram Rpd. Caualerio : quæ dicta ſint ex abundanti, quia hodie non agitur de præcedentia Religionum in proceſsionibus.

QVÆSTIO

QVÆSTIO II.
SVPER QVIBVS OFFICIIS SOCIETATES OFFICIORVM CONTRAHI poſſint,& an vltra valorem officij ſuſtineantur.

SVMMARIVM.

OFFICIVM eſt fundamentum, & ſubiectum, & ſubſtantia ſocietatis officij,num.3 & 63.

Super officiis Romanæ Curiæ vacabilibus poteſt contrahi ſocietas,n.2.

Siue officia ſint empta,ſiue emenda,n.3.

Et ſi officia non emantur,debentur fructus,n.4. Contrà,num.5.& 7.

Intereſſe, & damna debentur probatis requiſitis,de quibus per Caſtren. in l. 3. ff. de eo, quod certo loco,*num.6.*

Societas poteſt contrahi ſuper officio alieno,conſentiente domino,n.8.

Non poteſt contrahi ſuper officiis non vacabilibus,n.9.& 10. Socie

Societas ſine mutuo periculo nan ſuſtinetur, num. 11.

Socius debet participare de lucro, & damno, num. 12.

In ſocietate officij propter maiorem contrahentium vtilitatem, periculum cum periculo commutatur, n. 13.

De iure communi fructus rerum non vacabilium præſumuntur æquare ſortem in 20. *annis, num.* 14.

Si officium reddat 10. *pro* 100. *& ſocietas contrahatur in* 12. *pro* 100. *in exceſſu non ſuſtinetur, n.* 15.

Periculum vitæ non operatur, vt ſocietas ſuſtineatur in exceſſu fructuum, quos verè officium non reddit, n. 16. *&* 17.

Dec. 763. & 157. par. 1. diu. *in qua ſocietate loquantur, n.* 18. *&* 19.

Compenſatio periculi vitæ cum periculo eſt neceſſaria in hac ſpecie ſocietatis, n. 20.

Societas ſuper officio non vacabili contrahi non poteſt, etiam ſtante conſuetudine, quæ nihil operatur in vſuris, n. 21.

An ſocietas poſſit contrahi ſuper officio vacabili, quod in parte, vel in totum ex gratia Papæ non cenſetur vacare pro prima vice, n. 22. *&* 23. *& n.* 24. *& n.* 25.

Item poteſt contrahi ſuper officio de ſui natura vacabili, licet inter ſe plures Officiales fecerint non vacationem, vt dici ſolet, n.26.

Societas poteſt contrahi ſuper pluribus officiis, ſimul, & ſemel, num.27.

An ſocietas extinguatur, & pro qua parte, ſi vnum ex d.officiis alienetur, n.28.

Dec.288.par.1.diu.*declaratur, n.29.& ſeq.*

Contrahens ſuper duobus officiis, admittitur ad participationem fructuum vtriuſque officij, num.30.

Societas extinguitur pro parte, ſi pro parte pereat capitale, num.31. & 33. & 34.

Vſusfructus pereunte parte fundi extinguitur pro parte, num.32.35.

Societas contrahi non poteſt ſuper re, quæ non extat, num.32.in fin.

Seruitus eſt in toto fundo, & pereunte parte perit, num.36.

Qualitas accedens corpori diuiditur ad diuiſionem corporis, ſicut albedo, n.36.37.

Societas contracta ſuper duobus officiis, vno vendito, an extinguatur pro parte, n.38.& num.39.vbi conſiderantur aliqui caſus.

Duo Officiales contrahentes vnico contextu ſocietatem, dicuntur correi, & tenentur pro virili, num.40.

*Sicuti duo contrahentes cenſum,num.*41.

*Inuitus nemo cogitur in communionem incidere,num.*42.

*Societas extinguitur pro parte vendito vno officio, etiamſi Officiales ſe obligauerint in forma Cameræ,vel guarantigiæ,n.*43. *vel cum clauſula,*in ſolidum,*n.*44.

Obligatio Cameralis non continet clauſulam, in ſolidum,*num.*43.

Non eſt ſpeciale in contractu ſocietatis, vt extincto vno officio, ſocietas duret in totum ſuper altero officio, num. 45. *Et obiectiones in contrarium ſoluuntur,num.*50.*& ſeq.*

*Emens fundum à duobus, cum hoc, quòd teneatur illis reuendere,non tenetur partem reuendere,num.*46.

*Contractus ſocietatis initus ſuper duobus officiis,an ſit indiuiduus,n.*51.*&* 77.*n.*78.

*Societas regulariter extinguitur in totum per ſolutionem partis,n.*47. *&* 64.*contrà,n.* 48. *&* 71.*&* 82.

Deciſ.in Foroliuien. ſocietatis,13. Ianuarii,1614. *coram Cardinale Sacrato, declaratur,num.*49.

*In contractu ſocietatis tantam vtilitatem affert pars reſpectu partis,quàm totum reſpectu totius,n.*50.

An

An, & quando vno ex duobus officiis vendito, remaneat ſocietas in non vendito, n. 53.

Fidciuſſor ſemel liberatus, ſine eius conſenſu non poteſt amplius obligari, n. 54.

Societas offici) non poteſt contrahi, niſi ſuper officiis Romanæ Curiæ, n. 56.

An ſocietas poſſit contrahi ſuper officiis extra Romanam Curiam, & extra ſtatum eccleſiaſticum, num. 57. & 59. & 60.

Bulla Pauli IV. ſuper ſocietatibus officiorum fuit abrogata, num. 58.

Bulla Pij IV. an prohibeat ſocietates extra Curiam Romanam, n. 59.

Dicta Bulla Pauli IV. declaratur, n. 60.

Societas contrahi poteſt ſuper ſcripturis Notarij habentis titulum, & dominium, n. 61.

Officia non interponuntur ad colorandum contractum ſocietatis, n. 62.

Societas non poteſt contrahi cum Officiali, qui habet nudum nomen officij, n. 54.

Communicatio fructuum eſt de ſubſtantia ſocietatis, num. 65.

Deciſ. in Romana ſocietatis, 9. Maij, 1588. *coram Corduba*, & in alia Romana ſocietatis, 18. Iunij, 1595. *coram Penia, declarantur, num. 67.*

Societas contracta ſuper ſolis fructibus, non eſt

ſocietatis officij, num. 67.

Societas officij debet contrahi ſuper officio, num.68.

Fructus malè percepti computantur in ſortem, num.70.

Societas conſenſu perficitur, n. 72. & contrario conſenſu etiam tacito diſſoluitur, num.73. in dubio autem perſeuerare cenſetur, num. 74.& 86.

Ex receptione partis capitalis non bene infertur ad diſſolutionem totius ſocietatis, num. 75.& 86.

Societas contracta ſuper duobus officiis, altero alienato, durat pro rata ſuper officio non alienato, ſi non eſt capax in totum, n.76.

Si pars officij alienetur, durat ſocietas ſuper parte non alienata, n.77.

Stipulatio eſt indiuidua, ſi interponatur ſuper re indiuidua; & diuidua, ſi ſuper re diuidua, num 79.

*Bald.& Salyc.*in l. 1.ff.pro ſocio.*declarantur, num.*80.

*In ſocietatibus officij pars reſpectu partis reddit eandem vtilitatem, quàm totum reſpectu totius, num.*81.

Stylus reſpiciens deciſoria non probatur per ſimplicem fidem, ſed concludenter probandus eſt,

eſt, num 83.

An ex receptione partis cenſeatur in totum extincta ſocietas, dependet ab intentione contrahentium, quæ probatur ex circunſtantiis, num. 84.

In ſocietatis creatione & reuocatione requiritur conſenſus Officialis, n. 85. & 87.

Stante pacto, quòd diſdicta fieri poßit vni ex fideiuſſoribus, non requiritur conſenſus Officialis ad diſſoluendam ſocietatem, n. 88.

Non tenetur quis reſpondere articulis irreleuantibus, & datis à Procuratore, non habente ſpeciale mandatum, n. 89.

Societas officij vltra valorem, & fructus officij non ſuſtinetur; ſiue ſit inita ab vna, ſiue diuerſis perſonis, vnica, vel pluribus vicibus, num. 9.

Sine ſubiecto, quòd eſt officium, ſocietas ſuſtineri non poteſt, n. 91.

Contractus vltra valorem officij non ſuſtinetur ratione ſocietatis, n. 92.

Officia ſunt de regalibus, nec quoad titulum poſſunt alienari ſine ſcientia Papæ, num. 93. & 94.

Dans pecunias in ſocietate admittitur ad participationem fructuum, n. 94.

Vendens rem duobus, tenetur alteri ad intereſſe:

contrahenti vltra valorem officij non poſſunt fructus communicari,n.95.

Societas vltra valorem non ſuſtinetur in vim cenſus perpetui,vel vitalitij,n.96.97.

Neque ſuſtinetur in vim ſponſionis,n.98.

In contractu ſocietatis periculum cum periculo compenſatur,ſub num. 98.

Sotus non dicit, quòd ſocietas officij in vim ſponſionis ſuſtineatur,num.99.

Societas vltra valorem non ſuſtinetur ratione affictus,ſeu locationis,n.100.

Neque ratione periculi vitæ cum ſuper ſolo periculo vitæ non poſsit contrahi,n.101.

Periculum vitæ non debet æſtimari reſpectu conſocij,num.102.

An propter ſolum periculum vitæ ſuſtineantur ſocietates,n.103.

An ſocietas in vim alterius contractus ibidem explicati ſuſtineatur,n.104.

Conſuetudo non validat contractum vſurarium, licèt aliquando excuſet ignorantia in fructibus percipiendis, num. 105. & 109. & ſeq.

Societas in exceſſu non ſuſtinetur, etiam ſi fuerit auctum officium;niſi accedat tacitus, vel expreſſus partium conſenſus,n.106.& 107.

Quod eſt nullum ab initio, tractu temporis non

conua

conualeſcit, *num.* 107.

Socij contrahentes vltra valorem non videntur poſſe prætendere ignorantiam, num. 108.

Officialis ad interrogationem dantis pecunias tenetur exprimere alias ſocietates ſuper officiò contractas, n. 110.

Contrahens ſocietatem ſuper officiis (vt vocant) Vitturinis, vel quorum valor publicè notus eſt, non poteſt licitè percipere fructus in eo, quo ſocietas excedit valorem officij & fructuum, n. 111.

Societas vltra valorem non ſuſtinetur in eà ratà, quæ excedit officium, n. 112. *Et Boccacc. contrarium tenens reprobatur, n.* 113.

An ſocietas officij ſit diuidua, vel indiuidua, pendet à voluntate contrahentium, n. 114.

Valor officij de tempore initæ ſocietatis debet attendi, n. 115.

Pretia rerum ſolo tempore augentur & minuuntur, num. 116.

ANtequàm ſtatuã, ſuper quibus officiis poſſit cõtrahi ſocietas, † firmandum eſt, ſubiectum & 1. fundamentum ſocietatis officij eſſe ipſum officium, vt ipſummet nomen denotat, & dixit Rota *in Rom. ſocie-*

tatis, 28. *Ianuarij*, 1592. coram Cardinale Blanchetto: *in Romana ſocietatum*, 29. *Ianuarij*, 1601.coram Illuſtr. Cardinale Millino: *in Romana ſocietatis officij*, 14. *Ianuarij*, 1613.coram Rpd.Pamphilio:*in Foroliuien. ſocietatis*, 13. *Ianuarij*, 1614. coram Reuerend. P. D. Sacrato Marcheſan. *de commiſſ. appell. in cauſ. Cameral. oblig. part.*1. §.2. *num.* 11. Montalcinus *in Lucerna Animæ,cap.*19. §. 8.*num.* 12. vbi, quòd debet eſſe verum officium. Coſmas Philiarchus *in Manuali Sacerdotum,de vſur. tit. vſuræ palliatæ.* §. *quartò committitur. fol.* 93. *& verſ. prima eſt. fol.* 98. Felicius *de ſociet.. cap.* 4. *num.* 10. vbi etiam, quòd officium eſt de ſubſtantia ſocietatis. *& cap.* 18. *num.* 11. vbi, quòd officium eſt neceſſarium, & ſine vero officio ſocietas licitè contrahi non poteſt. Mantic. *de tacit.& ambig. lib.*6. *titul.* 2.*num.* 17. Boccacc.*de ſociet.num.*126. Nauarr. *conſ.* 29. *col.* 2. *littera N*, *de vſuris, tom.*2.vbi,quòd officium eſt neceſſarium. Zacch.*de ſociet.num.*4.*&*68.Caſtracan.*eod. tract. cap.* 5. *num.* 4. *& ſeq.* & latiùs dixit Rota coram S.D.N. Gregorio XV. *in Romana ſocietatis*, 10. *Maij* 1604.contractum ſocietatis officij ex natura ſocietatis iniri non

non poſſe cum eo, qui rem non habet.

Prima concluſio. Super omnibus offi- 1.
ciis vacabilibus Romanæ Curiæ poteſt contrahi ſocietas officij, vt permiſſimæ legitur *in Bulla* Leonis X. Pauli IV. & Pij IV. Toletus *in Summa, lib. 5. cap.* 40. Felicius *de ſociet. cap. 9. num.* 49. Caſtracan. *de ſocietat. cap. 3. & ſeq.* Zacchias *eodem tract. in princip.* Rota *in Romana ſocietatis*, 14. *Ianuarij*, 1613. coram Reuerend. Pamphilio, & *alibi* ſæpiſſimè.

Et de officio Theſaurariatus dixit Rota *in Romana ſocietatis*, 16. *Iunij*, 1595. coram Orano.

De officio Militis Pij *in Romana ſocietatis*, 16. *Februarij*, 1596. Iuſto: *in Romana ſocietatis*, 13. *Ianuarij*, 1595. Penia: *in Romana ſocietatis*, 29. *Ianuarij* 1601. coram Illuſtr. Cardinale Millino.

De officio Militis Lilij *in Romana ſocietatis*, 16. *Nouembris*, 1612. coram Reuerend. Caualerio, S. D. N. Datario.

De officio Curſuratus *In Romana ſocietatis*, 9. *Maij*, 1588. Giptio: *in Romana ſocietatis*, 1. *Iulij*, 1596. Corduba: *in Romana ſocietatis*, 5. *Februarij*, 1609. S. D. N. Gregorio XV. *in Romana ſocietatis*, 1. *Iulij*, 1602.

Pamphilio. Seraphin. *deciſion.* 389. *in princip.*

De officio Notariatus Seraphin. *deciſ.* 543. *num.* 2. *& deciſ.* 905. *in Romana ſocietatis*, 1. *Iulij* 1596. Corduba: vbi de Notariatu Rotæ.

3. Quæ concluſio procedit, ſiue officia ſint empta, ſiue emenda: quia etiam ſuper officio emendo poteſt contrahi ſocietas, vt dixit Rota *in Romana ſocietatis*, 9. *Maij*, 1588. coram Gyptio, & apud Puteum *deciſ.* 67. *par.* 3. Nauarr. *conſil.* 29. *in princip. verſ. fundamentum autem. de vſur. tom.* 2. *in nou. impreſſ.* Coſm. Philiarch. *in Manuali Sacerd. de vſuris, tit. vſura palliata. verſ. prima eſt. fol.* 98. Boccacc. *de ſociet. officij, num.* 16. & 23. Caſtrac. *eodem tract. cap.* 5. *num.* 30. Zacch. *eodem tract. num.* 23.

4. Quòd ſi contracta, ſit ſocietas, & officium non emitur; dicit Put. *dicta deciſion.* 67. Quòd fideiuſſor tenetur ad ſortem principalem, & ad fructus; ita tamen, vt fructus poſſit repetere, quem ſequitur Boccacc. *de ſociet. num.* 214. & Zacch. *eo-*
5. *dem tractat. num.* 26. † Quibus addo, quòd ſi officium non ematur, fructus non

non debentur ſocio, quia ſocius non poteſt fieri particeps fructuum officij, quod non adeſt: quod credo verum, etiamſi culpa contrahentis paſſiuè ſocietatem, officium non emeretur, dummodò talis paſſiuè contrahens fraudulenter emptionem officij non impediret: † quo caſu, probatis requiſitis per Caſtren. *in l. 3. ff. de eo quod cert. loco.* teneretur ad damna & intereſſe, ſaltem in 6.
foro conſcientiæ. † Et hæc multò magis procederent, ſi actiuè contrahens 7.
ſocietatem, fraudulenter impediret emptionem officij: hoc enim caſu fructus in nullo foro deberentur, neque ratione lucri ceſſantis, neque damni emergentis, neque ex vi ſocietatis, aut alio titulo.

Item, concluſio procedit, ſiue officium 8.
ſit proprium, ſiue alienum: quia etiam ſuper alieno officio poteſt contrahi ſocietas Gratian. *diſcept. foren. cap.* 138. *num.* 16. Rota *in Romana ſocietatis*, 9. *Martij*, 1588. coram Gyptio, in cuius deciſionis caſu fructus & officium non poterant alienari ab exercente d. officium. *In Romana ſocietatum*, 29. *Ianuarij*, 1601. coram

*Sicuti duo contrahentes cenſum,num.*41.

*Inuitus nemo cogitur in communionem incidere,num.*42.

*Societas extinguitur pro parte vendito vno officio, etiamſi Officiales ſe obligauerint in forma Cameræ,vel guarantigiæ,n.*43.*vel cum clauſula,*in ſolidum,*n.*44.

Obligatio Cameralis non continet clauſulam, in ſolidum,*num.*43.

Non eſt ſpeciale in contractu ſocietatis, vt extincto vno officio, ſocietas duret in totum ſuper altero officio, num. 45. *Et obiectiones in contrarium ſoluuntur,num.*50.*& ſeq.*

*Emens fundum à duobus, cum hoc,quòd teneatur illis reuendere,non tenetur partem reuendere,num.*46.

*Contractus ſocietatis initus ſuper duobus officiis,an ſit indiuiduus,n.*51.*&* 77.*n.*78.

*Societas regulariter extinguitur in totum per ſolutionem partis,n.*47. *&* 64.*contrà,n.* 48. *&* 71.*&* 82.

Deciſ.in Foroliuien. ſocietatis,13. Ianuarii,1614. *coram Cardinale Sacrato, declaratur,num.*49.

*In contractu ſocietatis tantam vtilitatem affert pars reſpectu partis,quàm totum reſpectu totius,n.*50.

An

An, & quando vno ex duobus officiis vendito, remaneat ſocietas in non vendito, n. 53.

Fideiuſſor ſemel liberatus, ſine eius conſenſu non poteſt ampliùs obligari, n. 54.

Societas offici) non poteſt contrahi, niſi ſuper officiis Romanæ Curiæ, n. 56.

An ſocietas poſſit contrahi ſuper officiis extra Romanam Curiam, & extra ſtatum eccleſiaſticum, num. 57. & 59. & 60.

Bulla Pauli IV. ſuper ſocietatibus officiorum fuit abrogata, num. 58.

Bulla Pij IV. an prohibeat ſocietates extra Curiam Romanam, n. 59.

Dicta Bulla Pauli IV. declaratur, n. 60.

Societas contrahi poteſt ſuper ſcripturis Notarij habentis titulum, & dominium, n. 61.

Officia non interponuntur ad colorandum contractum ſocietatis, n. 62.

Societas non poteſt contrahi cum Officiali, qui habet nudum nomen offici), n. 54.

Communicatio fructuum eſt de ſubſtantia ſocietatis, num. 65.

Deciſ. in Romana ſocietatis, 9. Maij, 1588. *coram Corduba*, & in alia Romana ſocietatis, 18. Iunij, 1595. *coram Penia, declarantur, num. 67.*

Societas contracta ſuper ſolis fructibus, non eſt

ſocietatis officij, num. 67.

Societas officij debet contrahi ſuper officio, num. 68.

Fructus malè percepti computantur in ſortem, num. 70.

Societas conſenſu perficitur, n. 72. *& contrario conſenſu etiam tacito diſſoluitur, num.* 73. *in dubio autem perſeuerare cenſetur, num.* 74. *&* 86.

Ex receptione partis capitalis non bene infertur ad diſſolutionem totius ſocietatis, num. 75. *&* 86.

Societas contracta ſuper duobus officiis, altero alienato, durat pro rata ſuper officio non alienato, ſi non eſt capax in totum, n. 76.

Si pars officij alienetur, durat ſocietas ſuper parte non alienata, n. 77.

Stipulatio eſt indiuidua, ſi interponatur ſuper re indiuidua; & diuidua, ſi ſuper re diuidua, num 79.

Bald. & Salyc. in l. 1. ff. pro ſocio. *declarantur, num.* 80.

In ſocietatibus officij pars reſpectu partis reddit eandem vtilitatem, quàm totum reſpectu totius, num. 81.

Stylus reſpiciens deciſoria non probatur per ſimplicem fidem, ſed concludenter probandus

eſt,

eſt, num 83.

An ex receptione partis cenſeatur in totum extincta ſocietas, dependet ab intentione contrahentium, quæ probatur ex circunſtantiis, num. 84.

In ſocietatis creatione & reuocatione requiritur conſenſus Officialis, n. 85. *&* 87.

Stante pacto, quòd diſdicta fieri poſſit vni ex fideiuſſoribus, non requiritur conſenſus Officialis ad diſſoluendam ſocietatem, n. 88.

Non tenetur quis reſpondere articulis irreleuantibus, & datis à Procuratore, non habente ſpeciale mandatum, n. 89.

Societas officij vltra valorem, & fructus officij non ſuſtinetur; ſiue ſit inita ab vna, ſiue diuerſis perſonis, vnica, vel pluribus vicibus, num. 9.

Sine ſubiecto, quòd eſt officium, ſocietas ſuſtineri non poteſt, n. 91.

Contractus vltra valorem officij non ſuſtinetur ratione ſocietatis, n. 92.

Officia ſunt de regalibus, nec quoad titulum poſſunt alienari ſine ſcientia Papæ, num. 93. *&* 94.

Dans pecunias in ſocietate admittitur ad participationem fructuum, n. 94.

Vendens rem duobus, tenetur alteri ad intereſſe.

contrahenti vltra valorem officij non poſſunt fructus communicari,n.95.

Societas vltra valorem non ſuſtinetur in vim cenſus perpetui,vel vitalitij,n.96.97.

Neque ſuſtinetur in vim ſponſionis,n.98.

In contractu ſocietatis periculum cum periculo compenſatur,ſub num. 98.

Sotus non dicit, quòd ſocietas officij in vim ſponſionis ſuſtineatur,num.99.

Societas vltra valorem non ſuſtinetur ratione affictus,ſeu locationis,n.100.

Neque ratione periculi vitæ cum ſuper ſolo periculo vitæ non poſsit contrahi,n.101.

Periculum vitæ non debet æſtimari reſpectu conſocij,num.102.

An propter ſolum periculum vitæ ſuſtineantur ſocietates,n.103.

An ſocietas in vim alterius contractus ibidem explicati ſuſtineatur,n.104.

Conſuetudo non validat contractum vſurarium, licèt aliquando excuſet ignorantia in fructibus percipiendis, num. 105. & 109. & ſeq.

Societas in exceſſu non ſuſtinetur, etiam ſi fuerit auctum officium;niſi accedat tacitus, vel expreſſus partium conſenſus,n.106.& 107.

Quod eſt nullum ab initio, tractu temporis non

conua

conualeſcit, *num.* 107.

Socij contrahentes vltra valorem non videntur poſſe prætendere ignorantiam, *num.* 108.

Officialis ad interrogationem dantis pecunias tenetur exprimere alias ſocietates ſuper officio contractas, *n.* 110.

Contrahens ſocietatem ſuper officiis (vt vocant) Vitturinis, vel quorum valor publicè notus eſt, non poteſt licitè percipere fructus in eo, quo ſocietas excedit valorem officij & fructuum, *n.* 111.

Societas vltra valorem non ſuſtinetur in ea rata, quæ excedit officium, *n.* 112. *Et Boccacc. contrarium tenens reprobatur*, *n.* 113.

An ſocietas officij ſit diuidua, vel indiuidua, pendet à voluntate contrahentium, *n.* 114.

Valor officij de tempore initæ ſocietatis debet attendi, *n.* 115.

Pretia rerum ſolo tempore augentur & minuuntur, *num.* 116.

ANtequàm ſtatuã, ſuper quibus officiis poſſit cõtrahi ſocietas, † firmandum eſt, ſubiectum & 1. fundamentum ſocietatis officij eſſe ipſum officium, vt ipſummet nomen denotat, & dixit Rota *in Rom. ſocie-*

tatis, 28. *Ianuarij*, 1592. coram Cardinale Blanchetto: *in Romana ſocietatum*, 29. *Ianuarij*, 1601.coram Illuſtr. Cardinale Millino: *in Romana ſocietatis officij*, 14. *Ianuarij*, 1613.coram Rpd.Pamphilio:*in Foroliuien. ſocietatis*, 13. *Ianuarij*, 1614. coram Reuerend. P. D. Sacrato Marcheſan. *de commiſſ. appell. in cauſ. Cameral. oblig. part.*1. §.2. *num.* 11. Montalcinus *in Lucerna Animæ,cap.*19. §. 8.*num.* 12. vbi, quòd debet eſſe verum officium. Coſmas Philiarchus *in Manuali Sacerdotum,de vſur. tit. vſuræ palliatæ.* §. *quartò committitur. fol.* 93. *& verſ. prima eſt. fol.* 98. Felicius *de ſociet. cap.* 4. *num.* 10. vbi etiam, quòd officium eſt de ſubſtantia ſocietatis. *& cap.* 18. *num.* 11. vbi, quòd officium eſt neceſſarium, & ſine vero officio ſocietas licitè contrahi non poteſt. Mantic. *de tacit.& ambig. lib.*6. *titul.* 2. *num.* 17. Boccacc.*de ſociet.num.*126. Nauarr. *conſ.* 29. *col.* 2. *littera N*, *de vſuris, tom.*2.vbi,quòd officium eſt neceſſarium. Zacch.*de ſociet.num.*4.*&* 68. Caſtracan.*eod. tract. cap.* 5. *num.* 4. *& ſeq.* & latiùs dixit Rota coram S.D.N. Gregorio XV. *in Romana ſocietatis*, 10. *Maij* 1604.contractum ſocietatis officij ex natura ſocietatis iniri

non

non poſſe cum eo, qui rem non habet.

Prima concluſio. Super omnibus officiis vacabilibus Romanæ Curiæ poteſt contrahi ſocietas officij, vt permiſſum legitur *in Bulla* Leonis X. Pauli IV. & Pij IV. Toletus *in Summa, lib. 5. cap.* 40. Felicius *de ſociet. cap. 9. num.* 49. Caſtracan. *de ſocietat. cap. 3. & ſeq.* Zacchias *eodem tract. in princip.* Rota *in Romana ſocietatis*, 14. *Ianuarij*, 1613. coram Reuerend. Pamphilio, & *alibi* ſæpiſſimè. 1.

Et de officio Theſaurariatus dixit Rota *in Romana ſocietatis*, 16. *Iunij*, 1595. coram Orano.

De officio Militis Pij *in Romana ſocietatis*, 16. *Februarij*, 1596. Iuſto: *in Romana ſocietatis*, 13. *Ianuarij*, 1595. Penia: *in Romana ſocietatis*, 29. *Ianuarij* 1601. coram Illuſtr. Cardinale Millino.

De officio Militis Lilij *in Romana ſocietatis*, 16. *Nouembris*, 1612. coram Reuerend. Caualerio, S. D. N. Datario.

De officio Curſuratus *In Romana ſocietatis*, 9. *Maij*, 1588. Giptio: *in Romana ſocietatis*, 1. *Iulij*, 1596. Corduba: *in Romana ſocietatis*, 5. *Februarij*, 1609. S. D. N. Gregorio XV. *in Romana ſocietatis*, 1. *Iulij*, 1602.

Pamphilio. Seraphin. *deciſion.* 389. *in princip.*

De officio Notariatus Seraphin. *deciſ.* 543. *num.* 2. *& deciſ.* 905. *in Romana ſocietatis*, 1. *Iulij* 1596. Corduba: vbi de Notariatu Rotæ.

3. Quæ concluſio procedit, ſiue officia ſint empta, ſiue emenda: quia etiam ſuper officio emendo poteſt contrahi ſocietas, vt dixit Rota *in Romana ſocietatis*, 9. *Maij*, 1588. coram Gyptio, & apud Puteum *deciſ.* 67. *par.* 3. Nauarr. *conſil.* 29. *in princip. verſ. fundamentum autem. de vſur. tom.* 2. *in nou. impreſſ.* Coſm. Philiarch. *in Manuali Sacerd. de vſuris, tit. vſura palliata. verſ. prima eſt. fol.* 98. Boccacc. *de ſociet. officij, num.* 16. *&* 23. Caſtrac. *eodem tractat. cap.* 5. *num.* 30. Zacch. *eodem tract. num.* 23.

4. Quòd ſi contracta, ſit ſocietas, & officium non emitur; dicit Put. *dicta deciſion.* 67. Quòd fideiuſſor tenetur ad ſortem principalem, & ad fructus; ita tamen, vt fructus poſſit repetere, quem ſequitur Boccacc. *de ſociet. num.* 214. & Zacch. *eo-*
5. *dem tractat. num.* 26. † Quibus addo, quòd ſi officium non ematur, fructus

non

non debentur ſocio, quia ſocius non poteſt fieri particeps fructuum officij, quod non adeſt: quod credo verum, etiamſi culpa contrahentis paſſiuè ſocietatem, officium non emeretur, dummodò talis paſſiuè contrahens fraudulenter emptionem officij non impediret:
† quo caſu, probatis requiſitis per Ca- 6.
ſtren. *in l.* 3. *ff. de eo quod cert. loco.* teneretur ad damna & intereſſe, ſaltem in
foro conſcientiæ. † Et hæc multò ma- 7.
gis procederent, ſi actiuè contrahens ſocietatem, fraudulenter impediret emptionem officij: hoc enim caſu fructus in nullo foro deberentur, neque ratione lucri ceſſantis, neque damni emergentis, neque ex vi ſocietatis, aut alio titulo.

Item, concluſio procedit, ſiue officium 8.
ſit proprium, ſiue alienum: quia etiam ſuper alieno officio poteſt contrahi ſocietas. Gratian. *diſcept. foren. cap.* 138. *num.* 16. Rot. *in Romana ſocietatis*, 9. *Martij*, 1588. coram Gyptio, in cuius deciſionis caſu fructus & officium non poterant alienari ab exercente d. officium. *In Romana ſocietatum*, 29. *Ianuarij*, 1601. coram

coram Illuſtr. Cardinali Millino: vbi, quòd hoc præſertim procedit, data ignorantia dantis pecunias.

9. Secunda concluſio. Societas officij non poteſt contrahi ſuper officiis non vacabilibus. Rota *in Romana ſocietatis*, 1. *Iulij*, 1596. Corduba: quæ loquitur de Notariatu ciuili Gubernatoris Vrbis, quòd non vacat, ſed tranſit ad hæredes. *In Forliuien. ſocietatis*, 20. *Februarij*, 1611. Lancellotto: *in Foroliuien. ſocietatis*, 13. *Ianuarij*, & 20. *Iunij*, 1614. coram Reuerend. Sacrato: & ita cautum eſt *in Conſtitutione* Leonis X. & Pauli IV. ſi bene legatur, & ita ſe habet communis obſeruantia.

10. Et probatur: quia in officiis non vacabilibus nullum adeſt periculum amiſſionis, quia non vacant, ſed tranſeunt ad

11. hæredes: † & ſocietas ſine mutuo vitæ periculo non ſuſtinetur: immò dixit Rota *deciſ.767.num.7.par.1. diuerſ.* quòd periculum vitæ facit valere ſocietatem; quod repetiit Card. Seraphin. *in ſuo voto, quod eſt ſub deciſ. 332. par.4. diuerſ.* hoc eſt, periculum vitæ vnà cum officio, & fructuum communicatio ſunt de ſubſtantia ſocietatis, nec ſine illis valet ſocietas, de qua

agimus,

agimus, & quæ contrahitur ſuper officiis vacabilibus.

Coadiuuatur concluſio. Societas, de qua *in tit. ff. & C. pro ſocio.* & cum qua maximè conuenit hæc ſocietas officij, pro ſui validitate requirit, vt ſocius æqualiter participet de damno & lucro, & æquale periculum vterque ſocius ſubeat. *l. ſi non fuerint. l. ſi id quod* 59. *l. cum duobus* 2. §. *quidam ſagariam. ff. pro ſocio.* Ergo & in hac ſocietate officij debet vtraque pars de damno & lucro participare, aliàs dici non poſſet ſocietas. 12.

Verùm, ſi ſocietas fiat ſuper officio non vacabili, nullum periculum ſubit Officialis; qui tamen deberet currere periculum amiſſionis officij. † Nam in hac ſocietate propter maiorem contrahentium commoditatem factum eſt, vt ſi moriatur Officialis, ipſe amittat officium: ſi verò moriatur is, ſuper cuius vitæ periculo inita fuit ſocietas, dans pecunias illas amittat, vt *in Romana ſocietatis*, 29. *Ianuarij*, 1601. coram Illuſtr. Cardinale Millino, quam ſequitur Rota *in d. Foroliuien.* 13. *Ianuarij*, 1614. coram Rpd. Sacrato: *& in Romana ſocietatis officij*, 14. *Ianuarij*, 1613. coram 13.

ram Rpd. Pamphilio. Iniuſta igitur eſt ſocietas officij, quæ ſuper officio non vacabili contrahitur.

14. Secundò probatur ſecunda concluſio *in d. Romana* coram Pamphilio, *& Foroliuienſi*, coram d. Reuerend. Sacrato Archiepiſcopo: Damaſceno. De iure communi fructus rerum non vacabilium præſumuntur æquare ſortem in 20. annis, & ſic reddere ad rationem quinque pro centenario. Gloſſ. *in auth. perpetua. v. iuſta. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Iaſon. *in l. ſi fundum per fidei, num.* 5. *de leg.* 1. Roman. *conſ.* 369. *n.* 9. *verſ.* 2. *ſi conſuetudo.* Corn. *conſ.* 15. *n.* 2. *lib.* 4. Afflict. *deciſ.* 284. *in fin.* Natta *conſ.* 498. *num.* 10. Crauett. *conſ.* 89. *num.* 6. Tiraquell. *de retract. lign.* §. 1. *gloſ.* 6. *num.* 19. Cæſar de

15. Graſſ. *deciſ.* 187. *num.* 5. † Vnde, quod eſt promiſſum vſque ad 12. remanet ſine fundamento rei aptæ producere fructus, & ſic erit ex cauſa fœnoris omni iure pro-

16. hibitum: † neque tale lucrum poteſt ſuſtineri ratione periculi vitæ, quia non licet ſortem vel partem ſortis cõſtituere ſuper periculo vitæ, & 12. pro centenario licitè recipiuntur, quia tot regulariter dd. officia vacabilia reddere conſueuerunt.

Sed

Sed hoc argumentum non probat con- 17.
cluſionem vniuerſaliter: nam, ſi adſit aliquod officium non vacabile, quod certò reddat duodecim pro centenario, vt verè adeſt, argumentum non concluderet, quia hoc caſu, neque ſors, neque pars ſortis eſſet ſuper periculo vitę, & 12. perciperentur; quia verè duodecim redderet officium, & dici verè poſſet ſocietas officij, ſi in cæteris lucrum, & damnum eſſet æquale; ſed non eſſet ſocietas, de qua nos in ſpecie loquimur.

Neque huic ſecundæ concluſioni con- 18.
trarium affirmat *Deciſ.* 763. *&* 157. *par.* 1. *div.* quia prima deciſio non loquitur de ſocietate inita ad rationem 12. pro centenario, de qua nos agimus; ſed de ſocietate, in qua inducitur communicatio dominij officij cum participatione damni & lucri, quod non negatur fieri poſſe, etiam in officiis non vacabilibus, vt etiam aduertit Rota *in Romana ſocietatis*, 14. *Ianuarij, milleſimo ſexageſimo decimotertio*, coram Rpd. Pamphilio.

† Secunda verò *Deciſio* 157. quæ eſt *de-* 19.
ciſio Seraphini 543. non approbat, neque firmat ſocietatē officij cōtrahi poſſe ſuper officio

officio non vacabili, ſed ad fauorabiliorem dubij reſolutionem, præſuppoſito, quòd poſſit fieri, quærit, quid ſequatur in illo caſu, vt ſunt verba deciſionis, in principio: *Cùm præſuppoſito, quòd ſocietates contrahi poßint ſuper officiis non vacabilibus.*

20. Ampliatur primò ſecunda concluſio, vt procedat etiam in caſu, quo officia non vacabilia redderent 12. pro centenario. Rot. *in Romana ſocietatis*, 14. *Ianuarij*, 1613. coram Rpd. Pamphilio: & ratio eſt, quia adhuc ceſſaret dicta compenſatio periculi cum periculo, quam eſſe neceſſariam dictum eſt in hac ſpecie ſocietatis, quæ contrahitur ſuper officiis vacabilibus.

21. Ampliatur ſecundò, vt neque conſuetudine induci poſſit, quòd ſocietas officij ſuper officio non vacabili contrahitur. Rota *in Foroliuien. ſocietatis*, 13. *Ianuarij*, 1614. Archiepiſcopo Damaſceno: quia cõſuetudo, cùm ſit nutritiua peccati, nihil operatur. Gloſſ. *in cap. quia in omnibus. v. multi. de vſur.* Rimin. iun. *conſ.* 400. *num.* 31. *& ſeq.* Natt. *conſ.* 498. *num.* 24.

22. Sed quid dicendum eſt in caſu, quo ſocietas contrahitur ſuper officio vacabili; ſed Pontifex caſu, quo vacaret officium

ex nunc, prout ex tunc, illud Officiali donauit, vel fecit gratiam, vt non cenſeatur vacare per mortem ipſius Officialis pro illa vice tantùm, vel fecit gratiam, vt pro nulla parte cenſeatur vacare, niſi poſt mortem Officialis, & alterius perſonæ, licèt aliàs per mortem ſolius Officialis vacaret. Et credo, quòd ſuper talibus officiis licitè poſſit contrahi ſocietas officij: & quoad primum caſum non videtur eſſe difficultas; quia officium verè vacat, & deinde cenſetur donatum, quod poteſt à Principe fieri. † Quoad 2. & 3. 23.
caſum, pariter affirmatiuè reſpondendum eſt, ſcilicet ſuſtineri, & validam eſſe ſocietatem, licèt quoad tertium caſum videatur contrarium affirmare Zacch. *de ſociet. num.* 164. † Moueor: quia 24.
verè officium remanet vacabile, & gratia Pontificis, quòd pro tunc non vacet, eſt quædam donatio, nec alterat naturam officij, & per accidens eſt, quòd Officialis non amittat officium pro illo tempore; nec operatur, vt officium ſimpliciter non ſit vacabile, ſed tantùm, vt tunc ad fauorem Sedis non vacet; & eſt quædam, vt ita dicam, extenſio vitæ;

ſocietas officij, *num.* 67.
Societas officij debet contrahi ſuper officio, *num.*68.
Fructus malè percepti computantur in ſortem, *num.*70.
Societas conſenſu perficitur, *n.* 72. *& contrario conſenſu etiam tacito diſſoluitur*, *num.*73. *in dubio autem perſeuerare cenſetur*, *num.* 74.*&* 86.
Ex receptione partis capitalis non bene infertur ad diſſolutionem totius ſocietatis, *num.* 75.*&* 86.
Societas contracta ſuper duobus officiis, altero alienato, durat pro rata ſuper officio non alienato, ſi non eſt capax in totum, *n.*76.
Si pars officij alienetur, durat ſocietas ſuper parte non alienata, *n.*77.
Stipulatio eſt indiuidua, ſi interponatur ſuper re indiuidua; & diuidua, ſi ſuper re diuidua, *num* 79.
*Bald.& Salyc.*in l. 1.ff.pro ſocio.*declarantur*, *num.*80.
In ſocietatibus officij pars reſpectu partis reddit eandem vtilitatem, quàm totum reſpectu totius, *num.*81.
Stylus reſpiciens deciſoria non probatur per ſimplicem fidem, ſed concludenter probandus eſt,

eſt, num 83.

An ex receptione partis cenſeatur in totum extincta ſocietas, dependet ab intentione contrahentium, quæ probatur ex circunſtantiis, num. 84.

In ſocietatis creatione & reuocatione requiritur conſenſus Officialis, n. 85. & 87.

Stante pacto, quòd diſdicta fieri poſſit vni ex fideiuſſoribus, non requiritur conſenſus Officialis ad diſſoluendam ſocietatem, n. 88.

Non tenetur quis reſpondere articulis irreleuantibus, & datis à Procuratore, non habente ſpeciale mandatum, n. 89.

Societas officij vltra valorem, & fructus officij non ſuſtinetur, ſiue ſit inita ab vna, ſiue diuerſis perſonis, vnica, vel pluribus vicibus, num. 9.

Sine ſubiecto, quòd eſt officium, ſocietas ſuſtineri non poteſt, n. 91.

Contractus vltra valorem officij non ſuſtinetur ratione ſocietatis, n. 92.

Officia ſunt de regalibus, nec quoad titulum poſſunt alienari ſine ſcientia Papæ, num. 93. & 94.

Dans pecunias in ſocietate admittitur ad participationem fructuum, n. 94.

Vendens rem duobus, tenetur alteri ad intereſſe:

contrahenti vltra valorem officij non poſſunt fructus communicari,n.95.
Societas vltra valorem non ſuſtinetur in vim cenſus perpetui,vel vitalitij,n.96.97.
Neque ſuſtinetur in vim ſponſionis,n.98.
In contractu ſocietatis periculum cum periculo compenſatur,ſub num. 98.
Sotus non dicit, quòd ſocietas officij in vim ſponſionis ſuſtineatur,num.99.
Societas vltra valorem non ſuſtinetur ratione affictus,ſeu locationis,n.100.
Neque ratione periculi vitæ cum ſuper ſolo periculo vitæ non poßit contrahi,n.101.
Periculum vitæ non debet æſtimari reſpectu conſocij,num.102.
An propter ſolum periculum vitæ ſuſtineantur ſocietates,n.103.
An ſocietas in vim alterius contractus ibidem explicati ſuſtineatur,n.104.
Conſuetudo non validat contractum vſurarium, licèt aliquando excuſet ignorantia in fructibus percipiendis, num. 105. & 109. & ſeq.
Societas in exceſſu non ſuſtinetur, etiam ſi fuerit auctum officium;niſi accedat tacitus, vel expreſſus partium conſenſus,n.106.& 107.
Quod eſt nullum ab initio, tractu temporis non
conua

conualeſcit, *num.* 107.

Socij contrahentes vltra valorem non videntur poſſe prætendere ignorantiam, *num.*108.

Officialis ad interrogationem dantis pecunias tenetur exprimere alias ſocietates ſuper officio contractas, *n.* 110.

Contrahens ſocietatem ſuper officiis (*vt vocant*) *Vitturinis* , *vel quorum valor publicè notus eſt*, *non poteſt licitè percipere fructus in eo*, *quo ſocietas excedit valorem officij & fructuum*, *n.* 111.

Societas vltra valorem non ſuſtinetur in ea rata , *quæ excedit officium*, *n.* 112. *Et Boccacc.* *contrarium tenens reprobatur*, *n.* 113.

An ſocietas officij ſit diuidua , *vel indiuidua*, *pendet à voluntate contrahentium*, *n.*114.

Valor officij de tempore initæ ſocietatis debet attendi, *n.* 115.

Pretia rerum ſolo tempore augentur & minuuntur, *num.* 116.

ANtequàm ſtatuã, ſuper quibus officiis poſſit cõtrahi ſocietas; † firmandum eſt, ſubiectum & 1.
fundamentum ſocietatis officij eſſe ipſum officium , vt ipſummet nomen denotat , & dixit Rota *in Rom. ſocie-*

tatis, 28. *Ianuarij*, 1592. coram Cardinale Blanchetto: *in Romana ſocietatum*, 29. *Ianuarij*, 1601.coram Illuſtr. Cardinale Millino: *in Romana ſocietatis officij*, 14. *Ianuarij*, 1613.coram Rpd.Pamphilio:*in Foroliuien. ſocietatis*, 13. *Ianuarij*, 1614. coram Reuerend. P. D. Sacrato Marcheſan. *de commiſſ. appell. in cauſ. Cameral. oblig. part.*1. §.2. *num.* 11. Montalcinus *in Lucerna Animæ,cap.*19. §. 8. *num.* 12. vbi, quòd debet eſſe verum officium. Coſmas Philiarchus *in Manuali Sacerdotum,de vſur. tit. vſuræ palliatæ.* §. *quartò committitur. fol.* 93. *& verſ. prima eſt. fol.* 98. Felicius *de ſociet. cap.* 4. *num.* 10. vbi etiam, quòd officium eſt de ſubſtantia ſocietatis. *& cap.* 18. *num.* 11. vbi, quòd officium eſt neceſſarium, & ſine vero officio ſocietas licitè contrahi non poteſt. Mantic. *de tacit.& ambig. lib.*6. *titul.* 2. *num.* 17. Boccacc.*de ſociet.num.*126. Nauarr. *conſ.* 29. *col.* 2. *littera N*, *de vſuris, tom.*2. vbi,quòd officium eſt neceſſarium. Zacch.*de ſociet.num.*4.*&*68. Caſtracan.*eod. tract. cap.* 5. *num.* 4. *& ſeq.* & latiùs dixit Rota coram S.D. N. Gregorio XV. *in Romana ſocietatis*, 10. *Maij* 1604.contractum ſocietatis officij ex natura ſocietatis iniri

non

non poſſe cum eo, qui rem non habet.

Prima concluſio. Super omnibus officiis vacabilibus Romanæ Curiæ poteſt contrahi ſocietas officij, vt permiſſum legitur *in Bulla* Leonis X. Pauli IV. & Pij IV. Toletus *in Summa, lib. 5. cap. 40.* Felicius *de ſociet. cap. 9. num. 49.* Caſtracan. *de ſocietat. cap. 3. & ſeq.* Zacchias *eodem tract. in princip.* Rota *in Romana ſocietatis,* 14. *Ianuarij,* 1613. coram Reuerend. Pamphilio, & *alibi* ſæpiſſimè. 1.

Et de officio Theſaurariatus dixit Rota *in Romana ſocietatis,* 16. *Iunij,* 1595. coram Orano.

De officio Militis Pij *in Romana ſocietatis,* 16. *Februarij,* 1596. Iuſto: *in Romana ſocietatis,* 13. *Ianuarij,* 1595. Penia: *in Romana ſocietatis,* 29. *Ianuarij* 1601. coram Illuſtr. Cardinale Millino.

De officio Militis Lilij *in Romana ſocietatis,* 16. *Nouembris,* 1612. coram Reuerend. Caualerio, S. D. N. Datario.

De officio Curſuratus *In Romana ſocietatis,* 9. *Maij,* 1588. Giptio: *in Romana ſocietatis,* 1. *Iulij,* 1596. Corduba: *in Romana ſocietatis,* 5. *Februarij,* 1609. S. D. N. Gregorio XV. *in Romana ſocietatis,* 1. *Iulij,* 1602.

Pamphilio. Seraphin. *deciſion.* 389. *in princip.*

De officio Notariatus Seraphin. *deciſ.* 543. *num.* 2. *& deciſ.* 905. *in Romana ſocietatis*, 1. *Iulij* 1596. Corduba: vbi de Notariatu Rotæ.

3. Quæ concluſio procedit, ſiue officia ſint empta, ſiue emenda: quia etiam ſuper officio emendo poteſt contrahi ſocietas, vt dixit Rota *in Romana ſocietatis*, 9. *Maij*, 1588. coram Gyptio, & apud Puteum *deciſ.* 67. *par.* 3. Nauarr. *conſil.* 29. *in princip. verſ. fundamentum autem. de vſur. tom.* 2. *in nou. impreſſ.* Coſm. Philiarch. *in Manuali Sacerd. de vſuris, tit. vſura palliata. verſ. prima eſt. fol.* 98. Boccacc. *de ſociet. officij, num.* 16. *&* 23. Caſtrac. *eodem tractat. cap.* 5. *num.* 30. Zacch. *eodem tract. num.* 23.

4. Quòd ſi contracta, ſit ſocietas, & officium non emitur; dicit Put. *dicta deciſion.* 67. Quòd fideiuſſor tenetur ad ſortem principalem, & ad fructus; ita tamen, vt fructus poſſit repetere, quem ſequitur Boccacc. *de ſociet. num.* 214. & Zacch. *eo-*
5. *dem tractat. num.* 26. † Quibus addo, quòd ſi officium non ematur, fructus

non

non debentur ſocio, quia ſocius non poteſt fieri particeps fructuum officij, quod non adeſt: quod credo verum, etiamſi culpa contrahentis paſſiuè ſocietatem, officium non emeretur, dummodò talis paſſiuè contrahens fraudulenter emptionem officij non impediret:
† quo caſu, probatis requiſitis per Ca- 6.
ſtren. *in l. 3. ff. de eo quod cert. loco.* teneretur ad damna & intereſſe, ſaltem in
foro conſcientiæ. † Et hæc multò ma- 7.
gis procederent, ſi actiuè contrahens ſocietatem, fraudulenter impediret emptionem officij: hoc enim caſu fructus in nullo foro deberentur, neque ratione lucri ceſſantis, neque damni emergentis, neque ex vi ſocietatis, aut alio titulo.

Item, concluſio procedit, ſiue officium 8.
ſit proprium, ſiue alienum: quia etiam ſuper alieno officio poteſt contrahi ſocietas. Gratian. *diſcept. foren. cap.* 138. *num.* 16. Rot. *in Romana ſocietatis*, 9. *Martij*, 1588. coram Gyptio, in cuius deciſionis caſu fructus & officium non poterant alienari ab exercente d. officium. *In Romana ſocietatum*, 29. *Ianuarij*, 1601. coram

coram Illuſtr. Cardinali Millino: vbi, quòd hoc præſertim procedit, data ignorantia dantis pecunias.

9. Secunda concluſio. Societas officij non poteſt contrahi ſuper officiis non vacabilibus. Rota *in Romana ſocietatis*, 1. *Iulij*, 1596. Corduba: quæ loquitur de Notariatu ciuili Gubernatoris Vrbis, quòd non vacat, ſed tranſit ad hæredes. *In Foroliuien. ſocietatis*, 20. *Februarij*, 1611. Lancellotto: *in Foroliuien. ſocietatis*, 13. *Ianuarij*, & 20. *Iunij*, 1614. coram Reuerend. Sacrato: & ita cautum eſt *in Conſtitutione* Leonis X. & Pauli IV. ſi bene legatur, & ita ſe habet communis obſeruantia.

10. Et probatur: quia in officiis non vacabilibus nullum adeſt periculum amiſſionis, quia non vacant, ſed tranſeunt ad
11. hæredes: † & ſocietas ſine mutuo vitæ periculo non ſuſtinetur: immò dixit Rota *deciſ. 767. num. 7. par. 1. diuerſ.* quòd periculum vitæ facit valere ſocietatem; quod repetiit Card. Seraphin. *in ſuo voto, quod eſt ſub deciſ. 332. par. 4. diuerſ.* hoc eſt, periculum vitæ vnà cum officio, & fructuum communicatio ſunt de ſubſtantia ſocietatis, nec ſine illis valet ſocietas, de qua

agimus,

agimus, & quæ contrahitur ſuper officijs vacabilibus.

Coadiuuatur concluſio. Societas, de qua *in tit. ff. & C. pro ſocio.* & cum qua maximè conuenit hæc ſocietas officij, pro ſui validitate requirit, vt ſocius æqualiter participet de damno & lucro, & æquale periculum vterque ſocius ſubeat. *l. ſi non fuerint. l. ſi id quod* 59. *l. cum duobus* 2. §. *quidam ſagariam. ff. pro ſocio.* Ergo & in hac ſocietate officij debet vtraque pars de damno & lucro participare, aliàs dici non poſſet ſocietas. 12.

Verùm, ſi ſocietas fiat ſuper officio non vacabili, nullum periculum ſubit Officialis; qui tamen deberet currere periculum amiſſionis officij. † Nam in hac ſocietate propter maiorem contrahentium commoditatem factum eſt, vt ſi moriatur Officialis, ipſe amittat officium: ſi verò moriatur is, ſuper cuius vitæ periculo inita fuit ſocietas, dans pecunias illas amittat, vt *in Romana ſocietatis*, 29. *Ianuarij*, 1601. coram Illuſtr. Cardinale Millino, quam ſequitur Rota *in d. Foroliuien.* 13. *Ianuarij*, 1614. coram Rpd. Sacrato: *& in Romana ſocietatis officij*, 14. *Ianuarij*, 1613. coram 13.

ram Rpd. Pamphilio. Iniuſta igitur eſt ſocietas officij, quæ ſuper officio non vacabili contrahitur.

14. Secundò probatur ſecunda concluſio *in d. Romana* coram Pamphilio, *& Foroliuienſi*, coram d. Reuerend. Sacrato Archiepiſcopo: Damaſceno. De iure communi fructus rerum non vacabilium præſumuntur æquare ſortem in 20. annis, & ſic reddere ad rationem quinque pro centenario. Gloſſ. *in auth. perpetua. v. iuſta. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Iaſon. *in l. ſi fundum per fidei, num.* 5. *de leg.* 1. Roman. *conſ.* 369. *n.* 9. *verſ.* 2. *ſi conſuetudo.* Com. *conſ.* 15. *n.* 2. *lib.* 4. Afflict. *deciſ.* 284. *in fin.* Natta *conſ.* 498. *num.* 10. Crauett. *conſ.* 89. *num.* 6. Tiraquell. *de retract. lign.* §. 1. *gloſ.* 6. *num.* 19. Cæſar de

15. Graſſ. *deciſ.* 187. *num.* 5. † Vnde, quod eſt promiſſum vſque ad 12. remanet ſine fundamento rei aptæ producere fructus, & ſic erit ex cauſa fœnoris omni iure pro-

16. hibitum: † neque tale lucrum poteſt ſuſtineri ratione periculi vitæ, quia non licet ſortem vel partem ſortis cōſtituere ſuper periculo vitæ, & 12. pro centenario licitè recipiuntur, quia tot regulariter dd. officia vacabilia reddere conſueuerunt.

Sed hoc argumentum non probat conclusionem vniuerſaliter: nam, ſi adſit aliquod officium non vacabile, quod certò reddat duodecim pro centenario, vt verè adeſt, argumentum non concluderet, quia hoc caſu, neque ſors, neque pars ſortis eſſet ſuper periculo vitę, & 12. perciperentur; quia verè duodecim redderet officium, & dici verè poſſet ſocietas officij, ſi in cæteris lucrum, & damnum eſſet æquale; ſed non eſſet ſocietas, de qua nos in ſpecie loquimur. 17.

Neque huic ſecundæ concluſioni contrarium affirmat *Deciſ.* 763. *&* 157. *par.* 1. *diu.* quia prima deciſio non loquitur de ſocietate inita ad rationem 12. pro centenario, de qua nos agimus; ſed de ſocietate, in qua inducitur communicatio dominij officij cum participatione damni & lucri, quod non negatur fieri poſſe, etiam in officiis non vacabilibus, vt etiam aduertit Rota *in Romana ſocietatis*, 14. *Ianuarij, milleſimo ſexageſimo decimotertio*, coram Rpd. Pamphilio. 18.

† Secunda verò *Deciſio* 157. quæ eſt *deciſio* Seraphini 543. non approbat, neque firmat ſocietatẽ officij cõtrahi poſſe ſuper officio 19.

officio non vacabili, ſed ad fauorabilio-rem dubij reſolutionem, præſuppoſito, quòd poſſit fieri, quærit, quid ſequatur in illo caſu, vt ſunt verba deciſionis, in principio: *Cùm præſuppoſito, quòd ſocietates contrahi poßint ſuper officiis non vacabilibus.*

20. Ampliatur primò ſecunda concluſio, vt procedat etiam in caſu, quo officia non vacabilia redderent 12. pro centenario. Rot. *in Romana ſocietatis*, 14. *Ianuarij*, 1613. coram Rpd. Pamphilio: & ratio eſt, quia adhuc ceſſaret dicta compenſatio periculi cum periculo, quam eſſe neceſſariam dictum eſt in hac ſpecie ſocietatis, quæ contrahitur ſuper officiis vacabilibus.

21. Ampliatur ſecundò, vt neque conſuetudine induci poſſit, quòd ſocietas officij ſuper officio non vacabili contrahitur. Rota *in Foroliuien. ſocietatis*, 13. *Ianuarij*, 1614. Archiepiſcopo Damaſceno: quia cõſuetudo, cùm ſit nutritiua peccati, nihil operatur. Gloſſ. *in cap. quia in omnibus. v. multi. de vſur.* Rimin. iun. *conſ.* 400. *num.* 31. *& ſeq.* Natt. *conſ.* 498. *num.* 24.

22. Sed quid dicendum eſt in caſu, quo ſocietas contrahitur ſuper officio vacabili; ſed Pontifex caſu, quo vacaret officium

ex nunc, prout ex tunc, illud Officiali donauit, vel fecit gratiam, vt non cenſeatur vacare per mortem ipſius Officialis pro illa vice tantùm, vel fecit gratiam, vt pro nulla parte cenſeatur vacare, niſi poſt mortem Officialis, & alterius perſonæ, licèt aliàs per mortem ſolius Officialis vacaret. Et credo, quòd ſuper talibus officiis licitè poſſit contrahi ſocietas officij: & quoad primum caſum non videtur eſſe difficultas; quia officium verè vacat, & deinde cenſetur donatum, quod poteſt à Principe fieri. † Quoad 2. & 3. 23.
caſum, pariter affirmatiuè reſpondendum eſt, ſcilicet ſuſtineri, & validam eſſe ſocietatem, licèt quoad tertium caſum videatur contrarium affirmare Zacch. *de ſociet. num.* 164. † Moueor: quia 24.
verè officium remanet vacabile, & gratia Pontificis, quòd pro tunc non vacet, eſt quædam donatio, nec alterat naturam officij, & per accidens eſt, quòd Officialis non amittat officium pro illo tempore; nec operatur, vt officium ſimpliciter non ſit vacabile, ſed tantùm, vt tunc ad fauorem Sedis non vacet; & eſt quædam, vt ita dicam, extenſio vitæ;

& tali caſu Officialis repræſentat duplicem perſonam, ſcilicet, Officialis, & Principis. Secundò, quia ſocius fit particeps fructuum officij, quos ad 12 pro centenario regulariter officia non vacabilia reddere ſolent.

25. Non obſtat, quòd ſocius non currit periculum amiſſionis officij, & ſic inæqualitas eſt inter ſocios: quia per accidens eſt, vt pro aliquo tempore non currat periculum amiſſionis officij; & gratia Papæ, vt dixi, non operatur, quòd officium non ſit vacabile, ſed vt non ſit vacabile, ſeu non currat periculum amiſſionis officij pro tunc, cùm morietur Officialis, & hoc eſt quid extrinſecum ad ſocietatem officij, & eſt quædam aſſecuratio, quam facit Papa Officiali; & ſatis eſt ad validitatem officij, quòd officium poſſit vacare, & reddat fructus ſufficientes ad ſocietatem; ſed non eſt neceſſarium, quòd officium debeat omni tempore, vel potiùs hoc quàm illo tempore vacare.

26. Item, quid dicendum caſu, quo ſocietas contrahitur ſuper officio vacabili, ſed inter ſe Officiales contraxerũt, ſeu fecerũt, vt loquuntur, non vacationem pro aliqua

ſumma,

ſumma. Exempli gratia, officia Notariorum Rotæ, quæ ſunt 88. ſunt vacabilia, ſed Notarij conuenerunt inter ſe, ad effugiendam amiſſionem totius officij, in caſum mortis, vt Connotarij in euentum mortis alicuius Notarij, propter quam vacet officium, debeant quilibet contribuere pro rata ſua vſque ad ſummam ſcutorum 500. quæ debeant dari hæredibus defuncti Notarij; an, inquam, ſocietas contracta ſuper tali officio ſuſtineatur, & ad quam ſummam. Et credo licitè contrahi poſſe ſocietatem officij ſuper huiuſmodi officiis, & ſimilibus vſque ad valorem officij. Et ratio eſt: quia talia officia reſpectu Principis verè ſunt vacabilia; & licèt reſpectu Notariorum pro aliqua ſumma non vacent, hoc oritur ex alio contractu facto inter ipſos Connotarios, qui habet vim aſſecurationis; quod poſſe fieri in contractu ſocietatis, aliàs dixi.

Item ſocietas officij contrahi poteſt ſu- 27.
per pluribus officiis vacabilibus, vt de duobus loquitur Rot. *in Romana ſocietatis, de Luchinis*, 24. *Ianuarij*, 1575. coram Blanchetto, quæ eſt *deciſio* 288. *par.* 1. *diuerſ.*

confirmata, vt *in eadem par.* 1. *deciſ.* 300. Boccac. *de ſociet. num.* 187. *&* 188. Azorius *inſtitut. moral. par.* 3. *lib.* 9. *cap.* 16. *in fine.* Felic. *de ſocietate, cap.* 34. *num.* 43. Zacchias *de ſociet. offici, num.* 295. Rot. *in Romana ſocietatis officij*, 28. *Ianuarij* 1604. coram Illuſtr. Cardinali Millino: *& in Romana cenſus*, 14. *Ianuarij*, 1602. coram Reuer. Sacrato.

28. Et tali caſu, ſi vnus & idem Officialis habet illa duo officia, nec eſt expreſſum contrahi ſocietatem pro tali ſumma ſuper hoc officio, & pro tali ſuper alio officio, tunc per venditionem vnius ex officiis, ſi officium, quod remanet, eſt capax ad ſoluendam totam ſummam, ſcilicet 12. pro centenario, ſocietas neque in parte, neque in totum extinguitur, ſed integra remanet. Rot. *dicta deciſ.* 288. *&* 300. *par.* 1. *diu.* ſequitur Boccac. *de ſociet. num.* 187. *&* 188. Zacch. *de ſociet. num.* 295. Gratian. *diſcept. foren.* 138. *num.* 16. Felicius *de ſociet. cap.* 34. *num.* 43. Vbi tamen dicit, quòd ſi officium non reddit tot fructus, ſocietas non ſuſtinetur: & *num.* 44. dicit, quòd ſi capitale pereat in parte, ſocietas durat in reſiduo. Rot. *in dicta Romana cenſus*,

ſus, 14. *Ianuarij* 1602. coram Reuerend. D. Sacrato.

Deciſio Cardinalis Blanchetti 288. à qua hæc opinio habet originem, mouetur primò: quia officium, quod remanet, eſt capax harum pecuniarum, & tantam vtilitatem reſpectu ipſarum iuxta conuentionem factam ſolùm afferre poterat, quantùm vtrunque ſimul: vt per Bart. *in l. cui vſusfructus, n.* 4. *verſ. præterea. ff. de vſufr. legat.* 29.

Secundò, quia dans pecunias non attendit fructus officiorum, ſed contentus fuit loco ipſorum percipere 12. pro centenario.

Sed contrariam opinionem, ſcilicet, ſocietatem pro rata extingui, credo veriorem, ſiue fructus officij, quod remanet, ſint certi, ſiue incerti, ſiue officium ſit capax ad reddendum tot fructus ad ſocietatem ſufficientes, ſiue incapax: Moueor † primò; quia dans pecunias admittitur in principio contractus ad participationem fructuum vtriuſque officij: 30. ſi enim non admittitur, non erit ſocietas contracta ſuper duobus officiis, ſed ſuper vno: igitur ſi vendatur vnum officium;

ceſſat participatio fructuum officij venditi;& conſequenter ſocietas ceſſat pro illa rata,quæ erat ſuper officio vendito.

31. Secundò, moueor ex textu *in l. ſi id quod* 59. §. *cæterùm ſi id actum dicatur. ff. pro ſocio.* vbi,quòd capitali ſocietatis extincto pro parte, ſocietas extinguitur pro parte. Gloſſ. *ibidem. v. coïtam eſſe.* & Alber. *in* §. 1. Felicius *de ſociet. cap.* 34. *num.* 3. Petrus de Vbaldis *de duobus fratribus, par.* 8. *num.* 22. In hoc autem contractu pecuniæ, & officium, vel plura officia, vel ipſum officium tantùm, ſunt capitale ſocietatis: nam ſi officium valet 1000. & Titius det 200. Officiali in ſocietatem officij ſuper ſuo officio,capitale ſocietatis erunt ſcuta mille, vel officium ſcutorum mille, & pro fructibus ſcut. 200. Titius participabit, tanquàm ſocius: Officialis verò participabit tanquàm ſocius pro fructibus ſcut. 800. igitur ſi capitale pereat in parte, vel vnum ex officiis renuntietur in parte, ſocietas debet extingui, nec ſocietas ſuper parte capitalis, quod petiit, durare poteſt, etiamſi id fieret ex conuentione, quia ſuper re, quæ non extat, ſocietas contrahi non poteſt. *l. verum.*

rum.§. fin.ff. pro ſocio. Caſtracan. *de ſociet. cap.* 39. *num.* 4.

Tertiò, argum. text. *in l. ſi cui vſusfructus* 30. *ff. de vſu & vſufr. leg.* in quo textu habetur: *Si cui vſusfructus legatus eſſet, donec ei totius dotis ſatisfieret, cùm hæres ei pro ſua parte ſatiſdediſſet, quamuis reliqui ſatis non darent, tamen pro ea parte vſumfructum fundi deſinere habere mulierem, Labeo ait.* Et argum. text. *in l. quid tamen* 10. *in fine, & l. excepta* 14. *& l. placet* 25. *ff. quibus modis vſusfruct.* in quibus textibus habetur, pro parte extingui vſumfructum, & pro parte remanere. Idem in caſu propoſito videtur dicendum, vt vno ex officiis vendito, vel alio modo extincto, extinguatur pro rata quoad ſortem principalem ſocietas, quæ erat ſuper duobus officiis, & pro alia rata remaneat. 32.

Vlteriùs, quòd in hac ſocietate debet ex vtraq; parte verſari æqualitas: hāc autē æqualitatē nō adeſſe, ſi pro rata ſocietas nō extinguatur, ſic declaro: Petrus & Ioannes emunt duo officia vacabilia, alterū valoris ſcutorū 500. alterū pariter valoris ſcutorū 500. ſuper capite ipſorū Petri & Ioannis, 33.

& in his duobus officiis emendis Petrus exponit ſcuta 200. Ioannes verò ſcuta 800. ea conditione, vt vterque participet ex duobus officiis de lucro & damno, pro rata: poſt annum moritur Ioannes,& ſic vacat alterum ex officiis ſcut. 500. ipſe Ioannes in hoc caſu, vt ſeruetur æqualitas, debet amittere de capitali ſcut. 400. Petrus verò ſcut. 100. pro qua rata ſocietas remanet extincta. Modò ponamus, quòd idem Petrus dederit ſuper periculo ſuæ vitæ ad ſocietatem officij dicta ſcuta 200. Ioanni Officiali ſuper dictis duobus officiis poſitis in capite ſolius Ioannis cum pactis & conditionibus apponi ſolitis in huiuſmodi contractibus. In hoc caſu, ſi Petrus moritur, certum eſt ſocietatem extingui, & illam ſuperlucrari Ioannem: è contrà verò, ſi Ioannes Officialis moritur, ſocietas diſſoluitur,& Petrus repetit dicta ſcuta 200. Quòd ſi Ioannes Officialis renuntiat vnum ex dictis officiis, tũc credo,quòd ſocietas extinguatur pro rata ſcut. 100. quia ſicut,ſi renuntiaret vtrunque officium, ſocietas extingueretur in totum; ita ſi renuntiat vnum officium, ſocietas debet extingui pro rata,

quæ

quæ in caſu propoſito eſt ſcut. 100. † Et 34.
ratio eſt: quia ſocietas non eſt tota in toto officio, & tota in qualibet parte officij, ſicuti eſt anima rationalis in corpore humano: ſed tota ſocietas eſt in toto officio, & pars in parte officij; & ita, ſi pars officij redit ad dominum directum, ſocietas extingui debet pro illa rata, vt ſeruetur æqualitas, quæ in caſu, de quo loquimur, conſiſtit in hoc, vt diſtracta, ſeu vendita re, ſuper qua contracta eſt ſocietas, extinguatur pro rata ſocietas: & re pereunte pereat pro rata vtrique ſocio, licèt in huiuſmodi ſocietate, ob maiorem contrahentium commoditatem, periculum amiſſionis rei, ſeu capitalis, quod dans pecuniam debebat currere ſuper capite Officialis, currat ſuper capite ſuo, vel alterius ſibi beneuiſi.

Sicuti ſupradixi de vſufructu, qui eſt 35.
totus in toto fundo, & pars in parte fundi, ita vt ſi pars fundi pereat, vſusfructus etiam pereat pro illa parte. *dicta l. excepta. & l. placet. l. 1. §. ſi vſusfructus. ff. ad legem Falcid.* Gloſſ. *in l. cùm filius* 78. *v. quæ pro parte. ff. de legat. 2.* † Et ſicuti ſeruitus 36.
eſt in toto fundo, & pars in parte fundi.

l. nam ſatis 6. §. ſi diuiſus. ff. quemadm. ſeruit. amitt. Gloſſ. *in l. ſi in partem 19. v. ſi in partem. ff. eodem.* cùm enim ſit quædam qualitas accedens corpori. Bartol. *in l. 1. num. 2. & l. ſeruitutes la grande. in princip. ff. de ſeruitut.* debet diuidi ad diuiſionem cor-
37. poris; † ſicuti albedo diuiditur ad diuiſionem parietis, in quo eſt albedo: & ſi perit totus fundus, in quo eſt ſeruitus; perit tota ſeruitus: ſi verò perit pars fundi, perit etiam ſeruitus pro illa parte.

38. Concluſionem hanc intelligo, ſi ſimpliciter contracta ſit ſocietas ſuper duobus officiis, quæ eſſent vnius Officialis, & nihil fuerit dictum, quòd tot ſcuta ponerentur in ſocietatem ſuper tali officio, & tot ſcuta ſuper tali. Quòd ſi eſſet facta diſtinctio, quòd ſcuta centum ponerentur ſuper vno officio, & ſcuta centum ſuper alio; tunc res eſſet extra controuerſiam: quia vendito vno officio cenſeretur extincta ſocietas pro rata, quæ eſſet poſita ſuper dicto officio vendito, & ſeruandum eſſet pactum, vt aduertit Boccac. *de ſociet. n. 187. & 188.*

39. Ampliatur concluſio, vt multò magis

procedat

procedat in caſu, quo ſocietas contracta eſſet ſuper duobus officiis, quorum vnum poſitum eſſet in capite Franciſci, & ipſe Franciſcus illius eſſet dominus; & alterum poſitum eſſet in capite Ioannis, cuius ipſe eſſet pariter dominus, qui Ioannes & Franciſcus ſimul, & ſemel accepiſſent à Petro ſcuta mille in ſocietatem ſuper ſuis officiis: tunc enim caſu, quo Ioannes, vel Franciſcus renuntiaret officium, ſeu moreretur, pro rata extingueretur ſocietas, licèt non eſſet dictum, quòd tot ſcuta ponerentur ſuper tali officio, & tot ſuper
tali. † Et in hoc caſu maior ratio mili- 40.
tat: quia tales Officiales videntur duo correi, qui pro virili tenentur. *l. reos. §. cum tabulis.* vbi Gloſſ. *v. videbatur.* dicit procedere, ſi ſumus in ſumma diuidua. *l. Paulus. ff. de re iudicat. l. 1. C. ſi plures vna ſen-*
tent. l. ſi diuiſa 23. C. locat. † Et in terminis 41.
cenſus, de duobus imponentibus cenſus, quòd, ſcilicet, pro virili teneantur, Cencius *de cenſibus, par. 2. c. 2. quæſt. 2. art. 5. n. 10.*
† Et quia dans pecunias incideret inuitus 42.
in communionē cū vno ex duobus Officialibus, qui tamen noluit contrahere, niſi cū vtroque Officiali. Bart. *in l. cui vſusfr. 30. num. 4.*

num. 4. in fin. ff. de vſufruct. legat.

43. Quòd ſi dicti Ioannes & Franciſcus in ipſo contractu ſocietatis ſe obligaſſent in forma guarantigiæ, vel Cameræ, vel in ſolidum, idem dico, ſcilicet, ſocietatem extingui pro rata: nam guarantigia, & obligatio cameralis non tollunt, quin Franciſcus & Ioannes non ſint duo correi, cùm huiuſmodi obligationes non obligent in plus, ſed ſtrictiùs: & in talibus obligationibus non adeſt clauſula, *in ſolidum*, vt de obligatione camerali Rot. *deciſ. 392. num. 6. par. 1. in recent. in Romana pecudum*, 26. *Iunij*, 1592. coram Penia.

44. † Si verò in contractu fuit appoſita clauſula, *in ſolidum*, & tunc dico ſocietatem pro rata extingui: quia clauſula, *in ſolidum*, nihil aliud operatur, quàm quòd tam ſolus Ioannes, quàm ſolus Franciſcus, teneatur ad totos fructus ſocietatis; & in euentum reſtitutionis ſortis, ſeu capitalis, quilibet teneatur ad reſtituendum totum capitale; non tamen operatur, quòd ſocietas, quæ eſt contracta ſuper duobus officiis, ſi capitale pereat, vel aliquo alio modo extinguatur in totum, vel in parte, non cenſeatur extin-

cta

cta in totum, vel in parte; ſed tota cenſeatur remanere ſuper Capitali, quod ſupereſt: quod videtur eſſe contra naturam & ſubſtantiam ſocietatis, ſi bene omnia ponderentur, in qua capitale pereunte in parte, vel in totum; in parte, vel in totum ſocietas extinguitur.

Quòd ſi dicatur peculiare eſſe in contractu ſocietatis officij, quòd ſocietas inita ſuper duobus officiis, diſtracto vno officio per renuntiationem, vel morte, ſocietas tota duret ſuper alio officio, ſi eſt capax, neſcio, quomodo hic ſocietatis officij contractus, poſſit dici contractus ſocietatis, cùm differant in eo, quod eſt ſubſtantiale ſocietatis, ſcilicet, quòd pereunte in totum, vel in parte capitale, pereat in totum, vel in parte ſocietas. 45.

Ad argumenta in contrarium reſpondetur, & primò ad primum, quod nititur authoritate Bartoli, dico, Bartolum loqui in caſu longè diuerſo: loquitur enim in caſu, quo quis emit fundum à duobus, hoc acto, quòd teneatur eis fundum reuendere: & cùm vnus vellet partem ſuam reemere, alius non; Bartolus concludit, quòd emptor non teneatur 46.

reuen-

reuendere : quia cùm emptio facta ſit vnico pretio, non tenetur reuendere, niſi totum reuendat, cùm reuendere ſit quid indiuiduum.

Secundò, moueor: quia fundus nō affert tantam vtilitatem in parte, reſpectu partis, quantam in toto, reſpectu totius.

Tertiò, quia emptor incideret inuitus in communionem. Quæ rationes, ſi bene perpendantur, probant contrarium illius, ad quod allegantur. Nam prima ratio ſi militaret in caſu propoſito, potiùs probaret, quòd extincto vno officio tota ſocietas extinguatur, quàm quòd ſocietas remaneat ſuper altero ex duobus officiis, ſi
47. ſit capax; † ea ſcilicet ratione, quia contractus ſocietatis initæ ſuper duobus officiis, eſt indiuiduus, tanquàm factus ſimul, & ſemel, cum vnica ſolutione. Felicius *de ſociet. cap.* 34. *num.* 44. Zacch. *de ſociet. num.* 148. Saluſtius *in prax. AC. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 3. Pacific. de Salu *inter. inſpect.* 4. *cap.* 1. *num.* 75. Marcheſan. *de commiſſ. tom.* 1. *fol.* 785. *num.* 5. quæ tamen ratio non eſt
48. vera: † quia regulariter ſocietas non extinguitur in totum per ſolutionem partis, vt latè fuit deciſum *in Romana ſocietatis officij,*

officij, 1. *Februarij*, 1623. coram Rpd. Merlino: & conſequenter contractus de ſui natura non eſt indiuiduus.

Neque contrarium deciditur *in Foroliuien. ſocietatis*, 13. *Ianuarij*, 1614. coram Cardinale Sacrato: quia loquitur in contractu ſocietatis illicito, inito ſcilicet ſuper officio non vacabili, quod non patitur diuiſionem ex ſola partiũ voluntate: & DD. *ibidem* citati loquuntur in caſu, in quo pars reſpectu partis non affert tantam vtilitatem, quantam affert totum reſpectu totius, vt in venditione & locatione: ſed in materia ſocietatis officiorum; tantam affert vtilitatem pars reſpectu partis, quantam totum reſpectu totius: & ideò contractus non cenſetur indiuiduus, iuxta not. per Bart. *in l. qui vſumfructum. num.* 4. *verſ. præterea. ff. de vſufr. legat.* Bald. *conſ.* 32. *num.* 2. *lib.* 2. cum aliis per Rot. *deciſ.* 709. *num.* 4. *par.* 1. *diuerſ.* 49. 50.

Secunda ratio probat concluſionem, quam ſuprapoſui: quia officia, cùm ſint duo, eáque diſtincta, clarum eſt, quòd afferunt vtilitatem diſtinctam, & tantam vtilitatem afferunt in parte reſpectu partis, quantam in toto reſpectu totius, vt 51.

notum

notum eſt. Seraphin. *deciſ.* 541.

52. Tertia ratio ad primam concluſionem nihil facit: ſed in caſu, in quo ſocietas eſſet contracta ſuper duobus officiis, quorum eſſent domini duo diuerſi Officiales, probat, quòd ſocietas, quæ eſt contracta à dd. duobus Officialibus ſuper eorum officiis cum Petro, v. g. potiùs extinguatur tota in caſu, quo vnum officium vendatur, quàm quòd remaneat tota ſocietas ſuper altero officio, ne, ſcilicet, Petrus, qui contraxit cum duobus Officialibus, incidat inuitus in communionem cum vno Officiali.

53. Vlteriùs Reſpondetur, quòd ſi officium, quod remanet, eſt capax, poteſt ſuſtineri ſocietas, ſi hoc actum eſt in principio contractus, vt ſcilicet caſu, quo venderetur, vel ceſſaret vnum ex officiis, ſocietas cenſeretur continuata, ſeu contracta pro tota ſumma ſuper officio, quod remanet. Et fortè in hoc caſu loquitur *d. deciſ.* 288. *par.* 1. *diuer.* vel ſi ex pòſt facto colligeretur, quòd contrahentes tacitè, vel expreſsè conueniſſent, quòd ſocietas cenſeatur contracta ſuper officio, quod remanet, iuxta text. *in* §. *ſoluitur*, *in* *fin.*

fin. Inſtitut. de ſocietat. in hoc tamen eſſet aduertendum, quòd primo caſu ſocietas duraret, tanquàm à principio contracta; in ſecundo verò caſu eſſet noua ſocietas pro rata, pro qua erat extincta, & conſequenter illi, qui non conſenſiſſent, verbi gratia, fideiuſſores eſſent liberati pro dicta rata, † cùm ſemel ab obligatione 54.
liberatus, ſine eius conſenſu non poſſit ampliùs obligari. *l. Blanditus. C. de fideiuſſor. l. omnes. §. in hac. C. de Epiſcop. & Cleric. l. 2. ff. de adminiſtrat. rer. ad ciuit. pertin. l. 5. §. ſatis acceptio. & l. ſciendum. ff. de verbor. obligat. §. fin. inſtitut. eodem tit. l. ſi hæreditatem. ff. mandati.* Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 16. tit. 5.*

Ad ſecundum argumentum reſpondetur, habendam eſſe rationem etiam de 55.
fructibus officiorum: quòd ſi reddit decem tantùm pro centenario, non poteſt ſocietas contrahi cum hoc, vt ſoluantur 12. pro centenario: in exceſſu enim contractus eſſet ſine fructibus officij, & conſequenter vſurarius. Carbo. *de reſtitut. q. 54. fol. 373. verſ. 3. ſocij.* Montalcin. *in Lucerna animæ, cap. 19. §. 8. num. 12.* Philiarchus *in Manuali Sacerdot. de vſur. tit.*

*vſura palliata.verſ.Secunda eſt,fol.*98.Felic.*de ſociet.c.9.n.*69,*verſ.Tertia eſt cõditio.* Caſtrac. *eodẽ tract.cap.*10.*n.*1.Boccac.*eod.tract.n.*102, *&* 106.& dixi *in cap.de taxatione fructuum.*

Verùm,cùm dictum ſit,ſocietatem contrahi poſſe ſuper officiis vacabilibus,incidenter quæritur,an ſocietas contrahi poſſit ſuper officiis, tam in Curia exiſtẽtibus, quàm extra Curiam Romanam in ſtatu eccleſiaſtico exiſtentibus.

56. EtCõſtitutio Pauli IV.clarè diſponit,ſocietates officij nõ poſſe cõtrahi,niſi ſuper officijs Romanę Curię,ibi:*Declaramus,*&c. *omnes ſocietates,*&c.*alias,quã ſuper officiis Romanæ Curiæ faciendas,illicitas & iniuſtas fore, & vſurariam prauitatem continere,*&c.Immò aduertit Nau, *conſil.*29, *littera K,verſ.ſi verò duæ primæ.de vſur. lib.*2.quòd ſcienter contrahens ſuper aliis officiis tenetur ad reſtitutionem fructuũ.Tolet.*in ſumm.lib.*5.*cap.*40.*in* 1 *conditione.* Felicius *de ſociet.c.*9.*n.*49.

57. Sed,quòd ſocietas contrahi poſſit ſuper officiis extraRomanãCuriã exiſtẽtibus,ſecluſa Bulla Pauli IV.dicit idẽ Tolet.*vbi ſuprà n.*1.Ludou Carbo. *de reſtit.q.*54. *col.*8.*in princ.verſ.Primò,vt nõ fiat.*quod multo magis procedit in officiis extra ſtatũ eccleſiaſticum,

ſticũ, in quibus Papa nihil innouaſſe cẽſe-
tur, cùm cõtractus de ſui natura ſit licitus.
Non obſtat Bulla Pauli IV. quia illa fuit 58.
abrogata per Bullã Pij IV. vt dicit Cõpila-
tor bullarij in inſcriptione vtriuſque Bullę:
& additio ad Tolet. *in ſum. vbi ſuprà*. Caſtr.
de ſociet. c. 5. n. 1. *&* 2. & patet ex verbis Bul-
læ Pij IV. ibi: *Motu proprio*, &c. *dictã Conſtitu-
tionẽ per d. Paulum IV. vt præmittitur, factã, cũ
omnibus in ea appoſitis clauſulis, quarũ tenores*,
&c. *caſſamus, irritamus & annullamus, ac pro
caſſatis, irritis & annullatis haberi volumus, il-
lámq; viribus tẽpore futuro penitùs euacuamus.*
Neque etiã obſtat, quòd Pius IV. ordina- 59.
uerit ac ſtatuerit, quòd Officiales Roma-
næ Curiæ ſuper eorum officiis ſocietates
quaſcũq;, cũ pactis tamẽ licitis & honeſtis,
abſq; eo quòd in ſignatura proponerẽtur,
vel ſuper eis ſupplicationes expedirentur,
facere poſſent, & valerẽt, vſque ad valorẽ
officij; quia nõ poteſt ex hoc inferri quòd
ſi fiant ſocietates extra Romanã Curiam,
ſint illicitæ: quia non verſamur in contra-
ctu, qui de iure ſit prohibitus, & ex noua
Conſtitutione permittatur: & ideò quo-
ad ſocietates faciendas extra Romanam
Curiam caſus remanet in diſpoſitione

iuris communis, &c. talibus contractibus neque fauet, neque reſiſtit Conſtitutio Pij IV & multò magis hæc procedunt, ſi contractus fieret extra Romanam Curiam, ſuper officio tamen exiſtente in Romana Curia.

60. Præterea credo dici poſſe, Conſtitutionem Pauli IV. etiamſi non eſſet abrogata, loqui de ſocietatibus, quæ fiunt in Romana Curia ſuper officiis exiſtentibus intra, vel extra Romanam Curiam; non tamen de ſocietatibus, quæ fiunt extra Romanam Curiam, ſuper officiis pariter exiſtentibus extra Romanam Curiam: ibi: *Inter cæteras curas illa nos maximè vrget, vt prauæ conſuetudines, & abuſus, quæ in hanc almam Vrbem noſtram*, &c. Et infrà: *Cùm itaque diuerſæ vtriuſque ſexus perſonæ, tam ipſius Vrbis ciues, ſeu originarij, quàm Romanam Curiam ſequentes, ſub prætextu*, &c. Et infrà: *Decernimus, & declaramus ſocietates alias, quàm ſuper officiis præfatæ Curiæ de cætero faciendas, illicitas & iniuſtas fore*, &c. Ex quibus verbis conſtat, Summum Pontificem loqui de ſocietatibus faciendis in Vrbe, prout verè etiam loquitur Conſtitutio Pij IV. Et aduerte, quòd Con-

ſtitutio Pauli IV. videtur ad eum finem emanaſſe, vt tolleret quoſdam abuſus, inter quos erat hic. Qui indigebat pecuniis, & volebat contrahere ſocietatem Romæ, fingebat ſe habere officium in tali, vel tali loco, extra Romanam Curiam, & contrahebat ſocietatem; qui contractus, cùm ſaperet vſuram, ſtatuit Summus Pontifex, vt de cætero ſocietates officij contrahi non poſſent, niſi ſuper officiis Romanæ Curiæ; & ideò etiam ſtante in ſuo robore Conſtitutione Pauli IV. adhuc nihilominùs ſocietas contracta ſuper officiis verè vacabilibus, exiſtentibus extra Vrbem, eſſet licita, & ex illa licitè potuiſſent percipi fructus in foro conſcientiæ, licèt ſecùs eſſet in foro fori.

61. Item ſocietas contrahi poteſt ſuper ſcripturis Notarij, qui Notarius non habeat titulum Notariatus, ſed dominium ſcripturarum. Rot. *in Romana ſocietatis, ſcut. 700. 6. Nouembris,* 1581. coram Seraphino, quæ eſt *deciſ.* 541. confirmata 12. *Ianuarij*, 1590. coram eodem: vt *in deciſ.* 905. quam ſequitur Zacch. *de ſocietat. num.* 294. Feliciùs *de ſocietat. cap.* 34. *n.* 15.

Saluſtius Tiber. *in prax.lib.* 1. *c.* 17. *num.* 2. Boccac. *de ſociet.n.*199.

62. Ex his infertur, veram non eſſe opinionem eorum, qui dicunt officia interponi ſolùm ad colorandum contractum, vt dicitur *in deciſ.* 288. *num.* 2. *par.* 1. *diu.* Gratian. *diſcept.foren.cap.* 527. *num.* 37. vbi citat Manticam *de tacit. & ambig. lib.* 6. *tit.*24. *ad fin.* qui dicit, quòd magis ſpectantur fideiuſſores, quàm officia. Et Rota *in Romana de Caſſanis*, 7. *Decembris*, 1612. coram Cardinale Sacrato, in qua dicitur, quòd Officialis habet nudum nomen reſpectu fideiuſſorum, quia, vt *num.* 1. *huius*
63. *capitis* firmaui, † officium eſt fundamentum, ſeu ſubſtantia ſocietatis, ita vt ſine illo ſocietas nulla ſit. Felic. *de ſociet. cap.*29. *num.*71. vbi dicit, contractum non poſſe
64. fieri ſuper nudo nomine officij: † ſicuti etiam dicit Marcheſan. *de comm. par.* 1. *de commiſſ. appell. in cauſa camer. oblig. par.*1. §.2. *num.* 15. *ad fin.* Zacch. *de ſociet. num.*46. *& ſeq.* Et ratio eſt: quia habens nudum nomen officij, nõ habet fructus officij: & qui non habet fructus, nõ poteſt alium facere participem fructuum officij: ſocietas autem ſine communicatione fructuum conſiſtere

ſiſtere non poteſt. *l. verum in fin. ff. pro ſocio.* Rot. *in Romana ſocietatis*, 29. *Ianuarij*, 1601. coram Illuſtr. Cardinali Miliino: *& in alia Romana ſocietatis*, 8. *Aprilis*, 1622. coram Rpd. Remboldo: † vbi, quòd commu- 65.
nicatio fructuum eſt vnum ex requiſitis ſubſtantialibus ad ſocietatē officij. *l'occac. de ſociet. n.* 102. Zacch. *eod. tract. n.* 33. Caſtr. *eod. tract. q* 7. *n.* 1. *& ſeq. & q.* 9. *n.* 1.

Vnde ſemper mihi viſa fuit dubia re- 66.
ſponſio Cordubę *in cauſa Romana ſocietatis*, 9. *Maij*, 1588. in quā videtur admittere, quòd ſocietas poſſit contrahi ab Officiali habente nudum nomen officij, quia verè Officialis, qui habet nudum nomen; non habet nec officiū, nec fructus, quos poſſit communicare: & ideò non poteſt contrahere ſocietatem, vt ſuprà dixi, licèt d. deciſio tranſeat ad alias reſponſiones, ex quibus optimè ſuſtinetur, † ſicuti etiam vide- 67.
tur dubia reſponſio deciſionis *in Romana ſocietatis*, 13. *Iunij* 1595. coram Penia, *in fine*, in qua innuitur, ſocietatem poſſe cōtrahi ſuper ſolis fructibus officij: nā nō erit ſocietas officij, ſi nō cōtrahatur etiam ſuper officio, prout fieri conſueuit: † ſocie- 68.
tates enim, de quibus agimus, cū conſenſu

Papæ contrahuntur ſuper officio. Caſtrac. *de ſociet. quæſt.* 3. *num.* 3. Rot. *in Romana fructuum ſocietatis*, 20. *Octobris*, 1595. coram Cardinale Blanchetto: & admittitur dans pecunias ad participationem fructuum, licèt periculum vitæ reſpectu Pontificis, ex eo quòd quis fiat ſocius, non tranſmutetur in conſocium, ſed periculum cum periculo compenſetur, vt ſuprà dictum eſt.

Romana Societatis Officij, Mercurij, 1. Februarij, 1623.

Rpd. Merlino.

CVm fuiſſet ad fauorem D. Capitanei Ioannis Vincioli inita ſocietas officij ſcutorum 600. ſub obligatione, & recognitione bonæ fidei D. Proſperi, & poſt captum ſecundum ſemeſtre ipſe Vinciolus recepiſſet ab eodem Proſpero ſcuta 100. cum declaratione, quòd impoſterum ſocietas pro reſiduo tantùm ſcutor. 500. durare deberet, & à die talis receptionis

ptionis fructus pro huiuſmodi rata ſcut. 500.per nonnullos annos exegiſſet, tandem præuia diſdicta obtinuit per Rpd. Sacchettum Iudicem ab AC. deputatum contra Proſperum, relaxari mandatum executiuum pro eorundem ſcut. 500. reſtitutione, ad quorum computum effectualiter etiam recepit ſcuta 250. Cùm autem Proſper ab huiuſmodi decreto, & mandati relaxatione appellaſſet, cauſa appellationis per ſignaturam commiſſa, cum clauſula, *ſi quid exequendum*.de voto Rotæ dubium propoſui, An mandatum eſſet exequendum, & pro qua ſumma: & Domini vtraque parte informante,pro reſiduo integræ ſummæ prædictæ ſcutorum 500. vti iuſtum, & relaxatum ſer. ſer.in vim publici inſtrumenti, & obligationis cameralis executioni demandandum cenſuerunt.

Nec viſum fuit obſtare, quòd pro parte Proſperi prætenderetur, per receptionem dictorum ſcutorum 100. ad computum ſortis principalis, ſocietatem ipſam fuiſſe in totum diſſolutam,vt tradit Tiber. Saluſt. *in prax. AC. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 3. Pacific. de Saluian. *inſpect.* 4. *cap.* 1. *n.* 75. 69.

Marcheſ. *de commiſſ. tom* 1. *fol.* 785. *num.* 3. & Hector. Felic. *de ſociet cap.* 34. *num.*44.
70. † Et conſequenter fructus prædictos poſteà per Vinciolum exactos in d. ſortis reſiduum imputandos, iuxta trad. per Gabr. *conſil.*78. *num.*2. *&* 3. *lib.*1. *& conſil.*63. *n.*26. *lib.*2. & magis in terminis Pacif. præalleg.
71. *num.*75. † Quia circunſcriptis facti circunſtantiis Domini dixerunt negatiuam opinionem, quòd nempe ſocietas per receptionem partis ſortis principalis regulariter non cenſeatur diſſoluta, in totum eſſe de iure veriorem, quam aliàs tenuit Rota *in Romana ſocietatis*, 16. *Martij*, 1579. coram bon. mem. Cardinali Blanchetto, vt refert Boccac. *de ſocietat. offic. num.* 180. & ſequitur etiam ipſe Boccac. *ibidem*, *& num.*176. *&* 187. & ex profeſſo pluribus comprobat Turret. *conſil.* 84. *num.*6. *& infrà vſque ad num.*19. *lib.*4. & latè etiam Modern. *de ſocict. offic.num.*302. 303. *& ſeqq.*
72. Præcipuum autem huius opinionis fundamentum illud eſt, quia contractus ſocietatis eſt bonæ fidei, & conſenſu perficitur. §. 1. *inſtit. de obligat. quæ ex contr.* & *ibi* Gloſſ. *in verb. ſocietatibus*, *l.*2. *ff. de act. & obligat.*

gat.† Et ideò diſſolui non poteſt, niſi contrario ipſorum ſociorum conſenſu à ſocietate diſcedere volentium. *l. verum. §. fin. ff. pro ſocio.* & quamuis ad hunc effectum ſufficiat conſenſus, etiam tacitus. *l. ſocietatem. ff. eodem.* attamen debet de eo ſufficienter conſtare: † in dubio enim conſenſus à principio ſocietatis præſtitus adhuc perſeuerare cenſetur, cùm animi mutatio non præſumatur. *l. cùm hic ſtatus.* & ibi Bart. & alij *de donat. inter vir. & vxor.* Rimin. iun. *conſil. 9. num. 30. lib. 1.* vt in propoſito arguit Turrett. *d. conſ. 84. num. 12. & ſeqq.* 73. 74.

Neque dici poteſt de huiuſmodi tacito conſenſu ſatis conſtare ex ipſamet partis ſortis principalis exactione: ex hoc enim ſolùm, quòd ſocius partem ſortis exegerit, non bene infertur, quòd ab eadem ſocietate in totum voluerit recedere, quinimmò de natura ſocietatis eſt, quòd per reſtitutionem, vel intentum partis rei communicatæ, ſocietas in totum non diſſoluatur, ſed adhuc duret ſuper eo, quod ſupereſt, vt habetur *in l. verum. quæ eſt 64. §. fin. & in l. id quod. in princip. ff. pro ſocietat.* & in ſpecie Boccac. *vbi ſuprà num. 166.* 75.

Cardi

Cardinalis Seraphin. *deciſ.* 543. *num.* 6. & Rot. *deciſ.* 288. *num.* 3. *part.* 1. *diuerſ.*

76. † Ad quod etiam facit alia concluſio, quòd ſocietas contracta ſuper duobus officiis, altero illorum alienato, adhuc durat pro rata, ſi illud, quod ſupereſt, non eſt capax in totum, vt tradit Boccac. *d. tractat. de ſociet. offic. num.* 187. P. Azor. *inſtitut. moral. tom.* 3. *lib.* 9. *cap.* 16. *in fin.* Rot. *d. deciſ.* 288. *in princip. & num.* 3. *par.* 1. *diu.* & pluries fuit deciſum, & ſignanter *in Romana cenſus*, 14. *Ianuarij*, 1601. coram Illuſtr. D. Cardinali Sacrato, & *in Romana ſociet. officij*, 28. *Ianuarij*, 1603. coram Illuſtr. D. Cardinali Millino, & coram

77. Cardinali Seraphino *deciſ.* 143. *per tot.* † vbi id fuit firmatum, etiam quando ſocietas inita fuit ſuper vnico tantùm officio, cuius pars fuerit deinde vendita: ex quo clarè patet, quòd contractus iſte non eſt de ſui natura indiuiduus; ſed poteſt pro parte ſubſiſtere, ac perdurare, etiamſi pro parte fuerit diſſolutus.

78. Nec quicquam facit, quòd videatur indiuiduus ratione conſenſus & ſtipulationis. *l. ſtipulationes non diuiduntur. de verb. oblig.* vt arguit Felic. *de ſociet. d. cap.* 34. *ſub*

ſub num. 44. ſubdens diſpoſitionem tex. *in d. l. verum. §. fin. & in l. ſi id quod. ff. pro ſocio.* eſſe intelligendum, quando capitale ſorte, vel fortuna à ſocietate remouetur: ſecùs quando partium voluntate. † 79.
Nam fuit reſponſum, quòd regula huiuſmodi procedit, quando ſtipulatio interponitur ſuper re de ſui natura indiuidua: ſecus quando res eſt diuidua, prout ſunt huiuſmodi ſocietates officiorum. *l.* 2. §. 1. *& d. l. ſtipulationes non diuiduntur. in princip.* & ibi Socin. iun. *num.* 18. Menoch. qui alios refert *conſil.* 123. *num.* 13. & in puncto reſpondeat Turrett. toties alleg. *conſil.* 84. *num.* 19.

Neque obſtant Bald. *in l.* 1. *num.* 8. *&* 80.
14. & Salic. *ibidem*, *num.* 4. *ff. pro ſoc.* qui volunt, quòd ſi pereat pars capitalis poſita ab vno ex ſociis, non teneatur ſocius illam iteratò ponere, quia finita eſt ſocietas: Reſpondetur enim id verum eſſe in illis ſocietatibus, in quibus perempta parte capitalis, alia pars, quæ ſupereſt, vel eſt inutilis, vel non reddit eandem vtilitatem in parte, quam totum in toto, vt ſatis apertè declaraſſe videtur ipſemet Bald. dum affert exemplum, quando

alter

alter ex ſociis poſuit mille, alter verò operam: ſi enim illa mille diminuant, qui operam poſuit, non poteſt eandem vtili-
81. tatem recipere: † quod ſecus accidit in iſtis officiorum ſocietatibus, in quibus ſumma, quæ remanet, eandem affert vtilitatem reſpectiuè partis, quam reddebat totum reſpectu totius, & conſequenter ceſſat ratio deducta ex indiuiduitate, vt in terminis reſpondit Rota coram Cardinali Seraphino *d. deciſ.* 543. *num.* 3. *& deciſ.* 288. *num.* 3. *par.* 1. *diuerſ. & deciſ.* 125. *num.* 16. *impreſſ. per Modern.* Peruſ. *poſt tract. de cenſibus.* & egregiè etiam conſiderabat bon. mem. Cardinalis Pamphilius in quodam eius voto *in cauſa Romana ſocietatis*, 19. *Ianuarij*, 1600.

82. Et ex his patet vim aliquam † fieri non poſſe in auctoritate Saluſt. & aliorum Modernorum ſuprà pro contraria opinione allatorum, cùm ipſi nulla lege, aut alia ratione nitantur, niſi indiuiduitatis, quam ex præmiſſis apparet non applicari.

83. Nec fuit habita in conſideratione aſſerta Notariorum fides; quia vltra quod non ſumus in ſtylo reſpiciente

ordina

ordinatoria iudicij, ſed deciſoria, qui proptereà debuiſſet firmiter, & concludenter probari, allegata conſuetudo non eſt vniformis: ſæpiùs enim fuit iudicatum contrarium, ſcilicet per partis ſortis receptionem, ſocietatem non cenſeri in totam diſſolutam: & ita acriter diſcuſſo articulo ſe alias plures in facto iudicaſſe atteſtatus fuit Rpd. meus Burattus, dum ipſe locumtenentis A.C. munere ſumma cum laude fungeretur, & in hac etiam opinione tranſiuiſſe ſignaturam reſcribendo cum clauſula executiua ſine præiudicio, proponente Rpd. Concio *di 27. Septembris, milleſimo ſexageſimo duodecimo.*

Prætereà dictum fuit, quòd etiamſi ita ſimpliciter, & in abſtracto contraria opinio poſſet dici verior; certum tamen eſt illam non procedere, quando ex coniecturis, vel facti circunſtantiis apparet, partes noluiſſe in totum à ſocietate recedere, immò potiùs apertè voluiſſe illam quoad reſiduum adhuc perdurare, & multò minùs, vbi ſuper hoc fuit emiſſa proteſtatio, & animus huiuſmodi apertè declaratus, 84.

prout

prout in præſenti caſu factum fuit: totum enim hoc pendet à veriſimili contrahentium intentione diſcedendi à ſocietate in totum, vel in parte, etiam ex ſolis facti circunſtantiis elicita. Bart. *in l. actione. in princip. in 2. memb. diſtinctionis. ff. pro ſoc.* Bald. *in d. l. verum. ff. eodem.* & in punct. fuit dictum *in Romana ſocietatis*, 1. *Iunij* 1602. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, quæ eſt *deciſio* 55. *in impreſſ. per Modern. poſt d. tract. de ſociet.* & aduertunt etiam ipſi Moderni *eodem tract. num.* 306. & ita etiam iudicatum fuiſſe refert Felician. *de ſociet. d. cap.* 34. *num.* 44. & in terminis cenſus dixit Rota *in Romana anterioritatis*, 12. *Martij* 1606. coram Iuſto: & tradit modernus Penes *d. tractat. de cenſibus, parte* 3. *cap.* 1. *quæſt.* 3. *art.* 5. *num.* 4. *& ſequentib.*

85. Nec etiam obſtare viſum fuit, quòd reſtitutio dictorum ſcutor. 100. non fuerit facta ab Officialibus, ſed à Proſpero, qui bonam fidem recognouerat, & quòd inter ipſum, & Vinciolum pariter fuerit emiſſa proteſtatio, & declaratio prædicta abſque vllo Officialis conſenſu; qui tamen eſt omninò neceſſarius in ſocietatis

creatione,

creatione, vel eiuſdem reuocatione, & per conſequens illa ex vi ipſius noui conſenſus, qui non interuenit, ſuſtineri non poſſit, iuxta trad. per Felician. *eodem n.* 44. † Quia fuit reſponſum, candem ſocietatem à principio contractam perduraſſe pro rata ſortis non reſtitutæ, pro qua apparet nunquam fuiſſe diſdictum. Ideóque non fuiſſe neceſſarium nouum conſenſum, vt exiſtimauit Felicianus, *vbi ſuprà*: ſed ſufficere voluntatem, & conſenſum Officialis, qui à principio contractus interuenit, & qui etiam poſteà duraſſe præſumitur, donec non apparet illum fuiſſe reuocatum, vt per Caſtracan. *de ſociet. cap.* 55. *num.* 17. & magis in ſpecie per Turrett. *d. conſil.* 84. *num.* 12. & Modern. Rom. *d. tract. de ſociet. offic. num.* 303. & in terminis cenſus aduertunt etiam Modern. Peruſ. *d. par.* 3. *cap.* 1. *q.* 3. *art...num.* 6. 86.

Addebant etiam Domini, quòd ſocietas diſſolui non poteſt abſque Officialis conſenſu: & ſentit Turret. *d. conſil.* 84. *num.* 16. & iſta, de qua agitur, nec etiam pro parte fuit diſſoluta. Vnde multò minùs agi poterat de prætenſa fru- 87.

88. ctuum imputatione: † vel talis conſenſus non eſt neceſſarius: quod videtur veriùs, ſtante conuentione, quòd diſdicta, etiam vni tamen ex fideiuſſoribus facta, ſufficiat ex vulgato Curiæ vſu, & nulla poteſt aſſignari maior ratio, cur potiùs ſine tali conſenſu, & ſcientia Officialis diſſolui poſſit in totum, quàm pro parte.

Nullitas ex defectu intimationis ſublata fuit per illius exhibitionem: ea verò, quæ deducebantur ex commiſſione reſponſionis ad articulos, nõ placuit Domi-
89. nis: † tum quia non fuerant dati ab ipſomet Proſpero medio iuramento, ſed à quodam aſſerto Procuratore, de cuius mandato non conſtat, & conſequenter Vinciolus illis reſpondere non tenebatur ex traditis per Surdum *deciſ.* 58. *num.* 11. tum etiam, quia nihil aliud continebant, quàm dictorum fructuum ſolutionem, & ſic erant penitùs irreleuantes iuxta ſuperiùs deducta.

90. Societas officij vltra valorem, & fructus officij non ſuſtinetur, ſiue illa ſit inita ab vna eadémque perſona pluribus, vel vnica vice; ſiue à pluribus perſonis vnica, vel pluribus vicibus, ſuper eodem officio: vt

clarè

clarè diſponitur *in Bulla* Pij IV. ibi: *Decernentes, quòd de cætero ipſis Officialibus*, &c. *non tamen vltra valorem officiorum, ſuper quibus illas fieri contingit, ita quòd ad requiſitionem ſecum ſocietates contrahentium teneantur in ipſo contractu ſpecialiter exprimere alias ſocietates ſuper eodem officio contractas, ſi quæ ſint*, &c. *contractus deſuper celebrare licitè poſſint, & valeant*, &c. Si enim Summus Pontifex prohibuiſſet fieri ſocietates vltra valorē officij ab vna & eadem perſona tantùm, quid erat opus decernere, quòd Officialis teneatur exprimere alias ſocietates ſuper eodem officio contractas, ſub pœna priuationis officiorum? Et innuit Rot. *in Romana ſocietatis officij*, 12. *Februarij, milleſimo ſexageſimo primo*, coram Reuer. Attrebatten. vbi clarè dicitur, quòd non intrat diſtinctio, An cum vno, vel cum pluribus ſocietates ſint contractæ: & ſimpliciter dicit Rota *in Romana ſocietatum*, 29. *Ianuarij*, 1601. coram Illuſtr. Card. Millino: *& in Romana ſocietatis officij*, 20. *Maij*, 1602. coram eodem: vbi, quòd illud, quod ſuperat valorem officij, remanet purum mutuum, *in Romana ſocietatum*, 28. *Ianuarij*, 1591. coram Cardinale

Blanchetto: vbi, quòd hoc clarè prohibet *Bulla* Pij IV. *in Romana Societatis*, 1. *Iulij*, 1596.coram Corduba; *in Foroliuien. ſocietatis*, 13. *Ianuarij*, 1614. coram Cardinale Sacrato; *in Romana ſocietatis*, 10. *Maij*, 1604. coram S. D. N. Gregorio XV. Nauarr. *conſil.* 29. *col.* 2. *littera H*, *verſ. Secunda conditio.de vſur. tom.* 2. Ioſeph. Angleſ. *in Floribus theologicis*, *in* 4. *ſentent. de contract. ſociet. difficul.* 11. *par.* 2. *fol.* 491. vbi, quòd eſt vſura palliata, ſi fructus officij non exiſtentis vendantur. Felicius *de ſociet. cap.* 9. *num.* 64. Boccac. *eodem tractat. num.* 126. Caſtracan. *eodem tract. cap.* 6. Azor. *inſtit. moral. lib.* 9. *cap.* 8. *verſ. Secundò, quæritur. & cap.* 9. *par.* 3. Comitul. *reſponſ. moral. lib.* 3. *quæſt.* 14. Marcheſan. *de commiſſ. appellat. in cauſ. cameral. oblig. par.* 1. §. 2. *num.* 11. vbi ſequitur deciſionem Blanchetti. Montalcinus *in Lucerna animæ*, *cap.* 19. §. 8. *num.* 14. vbi, quòd Officialis non debet admittere plures ſocios vltra valorē officij. Coſmas Philiarchus *in Manual. Sacerdot. de vſur. tit. vſura palliata. verſ.* 4. *fol.* 93. *& verſ. Quarta eſt. fol.* 99. Saluſtius Tiber. *in prax. AC. lib.* 1. *cap.* 22. *num.* 2. Pacificus *de Saluiano interd. inſpect.* 4. *cap.* 1. *num.* 55.

num. 55. & nouiſſimè ſequitur Zacchias *de ſociet. num.* 66. *&* 68. *& ſeq. &* 101. *&* 102.

Et ratio eſt: quia ſine re, ſiue ſubjecto, 91 ſocietas officij conſiſtere non poteſt. *l. verum. in fin. ff. pro ſocio.* debet enim ſocietas contrahi ſuper aliqua re, quæ extet, vel futura ſit. At ſubiectum ſocietatis officij eſt officium aptum reddere fructus. Rot. *in Romana ſocietatis*, 29. *Ianuarij*, 1601. coram Cardinale Millino; *& in Romana ſocietatis*, 28. *Ianuarij*, 1591. coram Cardinale Blanchetto. Si igitur officium valeat mille, & contrahatur ſocietas ſcutorum duorum millium in illis mille, quæ excedunt valorem officij, cùm ſint ſine officio, ſocietas officij conſiſtere non poteſt. Comitul. *reſpon. moral. lib.* 3. *quæſt.* 14. *verſ. Secunda opinio.*

Vlteriùs, ſi huiuſmodi ſocietates ſuſtinentur vltra valorem officij, aut ſuſtinentur ratione ſocietatis, vel in vim alterius contractus: † non poſſunt ſuſtineri ratione 92 ſocietatis; quia forma contractus ſocietatis eſt, quòd partes ineunt ſocietatem ſuper officio, & Officialis facit participem fructuum eum, qui dat pecunias

pro rata parte, & admittit in ſocium officij: ergo ſi ſocietas à pluribus, vel ab vno facta ſit ſcutorum duorum millium, & officium valeat tantùm mille, in illis mille, in quibus ſocietas eſt ſupra valorem officij, non adeſt officium, nec poteſt communicari, quod non exiſtit, & conſequenter in illis mille, quæ excedunt valorem officij, nulla poteſt eſſe ſocietas, quia omnes fructus iam ſunt communicati, vt bene Rot. *in Romana ſocietatum, 29. Ianuarij, milleſimo ſexageſimo primo*, coram Cardinale Millino, *& in deciſ. & autoribus, in princip. cit.*

93. Non obſtat, quòd officia ſunt de regalibus Principis, nec poſſunt pignorari, vel obligari; & ideò, licèt ſocietates abſorbeant totum valorem officij, nihilominùs officium ſemper remanet integrum penes Officialem, & conſequenter remanet ſubiectum ſocietatis, & res,
94. quæ poſſit communicari: † quia reſpondetur, per contractum non alienari officium, ſed ſocium admitti ad participationem fructuum: & ſi pecunia, quæ datur, excedit valorem officij, non remanere fructus, qui poſſint communi-

cari,

cari, cùm iam omnes ſint communicati, vt dicit Rot. *in d. Romana ſocietatis*, 29. *Ianuarij*, *milleſimo ſexageſimo primo*, coram Illuſtr. Millino: † & licèt titulus officij 94 ſine conſenſu Papæ non poſſit alienari, ad effectum euitandi fraudes, & vt poſſit eſſe certus de vacatione; tamen reſpectu contrahentium, dummodò ſuper eadem perſona remaneat periculum amiſſionis officij; officium, ſeu fructus officij poſſunt in totum communicari. Rot. *in Romana officij Scriptoriæ*, 1. *Aprilis*, *milleſimo quinquageſimo octuageſimo octauo*, coram Cardinal. Pamphilio, *in d. Romana ſocietatum*, coram Illuſtr. Millino.

Neque etiam obſtat, quòd prædium, 95 & fructus illius poſſint pluribus vendi: ergo etiam ſuper officio, & illius fructibus poſſunt plures ſocij admitti: quia reſpondetur, diuerſam eſſe rationem: nam in ſocietate officij, eo ipſo, quòd alicui omnes fructus officij ſunt communicati, nihil remanet communicandum: & ideò nullus alius ſocius poteſt admitti; & ſi admitteretur, non poſſet eſſe particeps fructuum officij, ſed verè eſſet particeps vſuræ ex vero mutuo: quandò

verò pluribus res eadem venditur, venditio eſt valida, quia cùm venditor teneatur ſolùm rem tradere, & ſic ad factum, cuius loco ſuccedit obligatio ad intereſſe, ſi non poteſt ſecundo emptori tradere idem prædium, vel prædij fructus, ſoluendo intereſſe liberatur. Rot. *in d. Romana*, coram Illuſtr. Millino: & addo, quòd ſi Officialis rogaret aliquem, vt in ſocietatem officij exponeret pecuniam ſuper officio, cuius omnes fructus ſunt communicati, ſi dans pecuniam probaret requiſita per Caſtren. *in l. 3. ff. de eo quòd cert. loco.* danti pecuniam deberet ſolui intereſſe ab Officiali.

96. Quòd autem ſocietas vltra valorem officij ſuſtineri non poſſit in vim alterius contractus, probatur. Non enim poteſt ſuſtineri in vim cenſus, quia cenſus eſt perpetuus, & ille, qui dat pecuniam, debet ſe perpetuò priuare dominio pecuniarum. Rota *in Forolivien. ſocietatis*, 13. *Ianuarij*, 1614. coram Illuſtr. Sacrato; *& in Romana ſocietatis*, 14. *Ianuarij* 1613. coram Rpd. Pamphilio: ille verò, qui recipit pecuniam, vel illius hæredes, non tenentur cenſum redimere, ſed eſt in co-

rum arbitrio: in hoc verò contractu ſocietatis, capitale, ſaltem ſex menſibus elapſis, repeti poteſt. Sotus *de iuſtit. & iure, lib. 6. quæſt 7. art. 2. prope finem.*

Neque etiam poteſt ſuſtineri in vim cenſus vitalitij; quia in cenſu vitalitio pecunia repeti non poteſt, & ſuſtinetur propter incertitudinem vitæ, vt per Dec. *conſil.* 123. *num.* 1. & dixi *ſuprà cap.* 1. *tit. An contractus ſit licitus*, &c. *verſ. Quartò, quia ſocietas propter periculum.* in ſocietate verò officij pecunia repeti poteſt, quandocunque elapſis ſex menſibus. 97.

Item, non ſuſtinetur in vim ſponſionis, quia iuſtitia ſponſionis eſt fundata ſuper periculo, quod in ſe ſuſcipit ille, qui rem aſſecurat, & ſolus euentus conditionis habetur pro cauſa: in hoc verò contractu nullum periculum transfertur in Officialem pecunia æſtimabile, ſed periculum cum periculo compenſatur. Rot. *in Romana ſocietatum*, 29. *Ianuarij* 1601. coram Illuſtr. Millino: *& in Foroliuien. ſocietatis*, 13. *Ianuarij*, 1614. coram Illuſtr. Sacrato per Straccam poſt Caſtren. *de ſponſatione, par.* 2. *num.* 3. & vlteriùs dicitur *in d. deciſ.* quòd ſecundùm hunc contra- 98.

ctum ſponſionis pecunia amittenda propter euentum mortis, non eſſet danda ab initio, ſed deberet quis recipere pretium ſponſionis, putà ſcuta 12. & ſe obligare
99. ad centum in caſum mortis. † Et hæc opinio, quòd contractus ſuſtineatur in vim ſponſionis, licèt tribuatur Soto *de iuſt. & iure, lib. 6. quæſt. 6. art. 2. ad fin.* & Nauarr.*conſil. 29. num. 3. de vſur. tom. 2.* tamen Sotus hoc non videtur dicere, qui verè dicit officia poſſe vendi, & contractum ſocietatis initum ad ſex menſes eſſe iuſtum: quòd verò duodecim pro centenario poſt ſex menſes percipiantur, ſapere vſuram.

100. Neque ſocietas vltra valorem ſuſtineri poteſt ratione affictus, vel locationis: & ratio, quia, quod non eſt in rerum natura, locari non poteſt: & fortè de hac locatione loquitur Carbo *de reſtit. quæſt. 54. verſ. Solet hæc ſocietas. fol. 373. & in fine.*

101. Neque ratione periculi vitæ: quia ſocietas ſuper ſolo periculo vitæ contrahi non poteſt: ergo neque licet contrahere ſocietatem, cuius pars ſtet ſuper ſolo periculo vitæ, ſine officio. Rota *in*

Foroliuien. ſocietatis, 13. *Ianuarij, milleſimo ſexageſimo decimoquarto*, coram Illuſtriſſimo Sacrato: vbi, quòd valet argumentum de parte ad partem, ſicut de toto ad totum: *& in Romana ſocietatis officij*, 14. *Ianuarij, milleſimo ſexageſimo decimotertio*, coram Rpd. Pamphilio. Zacch. *de ſociet. num.* 122. *& ſeq.* Caſtracan. *de ſociet. cap.* 5. *num.* 4. *&* 18. Boccac. *eod. tract. num.* 126. Leonell. *ſuper Bulla* Pij IV. *in princip. verſ. Primùm.* Rota *diuer. deciſ.* 763. *num.* 2. *par.* 1.

Item, quia in ſocietate periculum vitæ nihil operatur reſpectu conſocij, nec aliquid vtilitatis, vel lucri reſultat ex iſto periculo ad fauorem conſocij, quia periculum periculo compenſatur, vt dixi *in alia quæſtione*, & dixit Rota *in Romana ſocietatum*, 29. *Ianuarij, milleſimo ſexageſimoprimo*, coram Illuſtriſſimo Millino *in d. Foroliuien. ſocietatis*, coram Illuſtriſſimo Sacrato; *& in d. Romana ſocietatis*, coram Pamphilio. Igitur ratione periculi nihil percipi poteſt à dante pecuniam. 102.

Non obſtat, quòd propter ſolum periculum vitæ ſuſtinentur ſocietates, vt 103.

dixit

dixit Rota *in Romana ſocietatis*, 23. *Iunij*, 1600. coram Illuſtr. Millino: *& deciſ.* 763. *num.* 7. *par.* 1. *diu.* vbi, quòd periculum vitæ facit valere ſocietatem. Felicius *de ſociet. cap.* 35. *num.* 52. vbi, quòd ſocietates iuſtificantur ex periculo mortis. Caſtracan. *de ſociet. cap.* 4. *num.* 26. vbi, quòd præſertim propter periculum vitæ contractus à lege toleratur: quæ concluſio eſt vera; ſed intelligenda eſt, dummodò cum periculo vitæ concurrat communicatio fructuum, & officium, quod eſt ſubiectum ſocietatis, ſine quo ſocietas non poteſt contrahi, vt ſignanter reſpondit Rota *in Romana ſocietatum*, 29. *Ianuarij*, 1601. coram Illuſtr. Millino.

104. Verùm, quòd ſocietas ſuſtineatur in vim alterius contractus, videtur ſentire incertus Author apud Comitulum *reſpon. moral. par.* 3. *quæſt.* 14. qui ſic ratiocinatur. Is, qui dat pecunias Officiali, dat eas ea conditione, vt Officialis ſe obliget ad ſex menſes ad ſoluendum certam penſionem, nimirum duodecim pro centum, qui contractus innominatus poteſt eſſe cenſus ad vitam pro ſex menſibus: nam Officialis lucratur capitale, ſi intra ſex

menſes

 67

menſes moriatur ſocius, qui dedit capitale. Si dicas, Super qua re conſtituitur hic ſenſus, & contractus, ſiquidem valorem officij excedit? Dico, quòd conſtituitur ſuper perſona Officialis, quæ ſe, & omnia ſua bona obligat ad ſoluendam penſionem. Si dicas, Cenſus non conſtituitur ſuper perſona, quia eſt prohibitum: Dico, cenſum redimibilem non poſſe conſtitui ſuper perſona: at cenſus ad vitam licitè poteſt conſtitui ſuper perſona. Hæc recens Theologus, qui ſecundùm hanc opinionem dicit, probabiliter poſſe defendi praxim, quæ paſſim eſt in vſu in Curia Romana.

Sed hæc doctrina impugnata fuit ſuprà *in cap. 1. An contractus ſit licitus*, ex eo, quia cenſus eſt perpetuus, nec poteſt reddere 12. pro centum: & quia nullum vſum perſonæ, cum qua contrahitur, acquirit dans pecuniam, vt latiùs loco citato: & eam etiam impugnat Azor. *inſtit. moral. lib. 9. cap. 8. verſ. Quartò quæritur. par. 3.*

Ampliatur principalis concluſio, vt 105. procedat, etiamſi conſuetudo eſſet in contrarium, de qua atteſtari videtur Saluſtius Tiber. *in prax. AC. lib. 1. cap. 22. n. 2.*

vbi

vbi dicit, vſu receptum eſſe, quòd ſuper officiis ære alieno quater & quinquies, vltra totum pretium oneratis & hypothecatis; non tamen cum vno dante, pecunias ſuſtineri : licèt aliqui audientes à ſuis Confeſſariis & Prædicatoribus, tales ſocietates eſſe illicitas, nolint illas facere, quia conſuetudo circa vſuras nihil operatur. *cap. quia in omnibus. de vſur. cap. inter dilectos. de exceſſ. Prælat.* Rota *in Romana ſocietatis officij*, 20. *Maij*, 1602. coram Illuſtr. Millino. Et quòd talis contractus ſupra valorem officij ſit à iure, & à conſuetudine prohibitus. Boccac. *de ſociet. num.* 126. *circa med.* & quòd hic ſtylus non toleretur, niſi quando concurrit ignorantia contrahentium de valore, & fructibus officij, Rot. *in Romana ſocietatis officij*, 12. *Februarij*, *milleſimo ſexageſimoprimo*, coram Reuerend. Ortembergo.

106. Secundò ampliatur principalis concluſio, vt ſocietas officij contracta in ſcutis mille & quingentis, & ſic in ſcutis 500. vltra valorem officij valentis mille, non ſuſtineatur pro illa rata excedente ſcut. 500.

500. etiamſi pretium officij, quod tempore contractus erat mille, beneficio temporis ſit auctum ad ſcuta 1500. † Nam, 107.
quod ab initio nullum eſt, tractu temporis non conualeſcit. *l. quod ab initio. ff. de regul. iur. cap. non firmatur. eodem titul. in 6.* verum tamen eſſe fateor, quòd ſi à tempore initæ ſocietatis, propter ignorantiam contrahentium, vſque ad augmentum officij, fructus ſint licitè ſoluti, ſocietas tunc tacitè contracta intelligitur, & ex eo tempore fructus peti & percipi poſſunt, in vim ſaltem tacitæ ſocietatis.

Tertiò ampliatur principalis con- 108.
cluſio, vt procedat, etiamſi ille, qui dedit pecunias, ignoraret, vel officium tanti non valere, vel eſſe grauatum vltra valorem: (nam hæc ignorantia rarò, vel nunquam poteſt cadere in Officiali, qui alias ſocietates contraxit ſuper ſuo officio, & cuius valorem optimè nouit, niſi fortè ipſe Officialis contrahat per Procuratorem: quo caſu ſocietas contracta vltra valorem officij, non ſuſtinetur,

vt

vt *in Romana ſocietatis officij*, 12. *Februarij*, 1601. coram Reuerend. Ortembergo:) quia, cùm ſocietas nulla ſit, ex vi ſocietatis nullos fructus poteſt percipere ille, qui dedit pecuniam Officiali; poteſt tamen fructus percipere, vel ratione lucri ceſſantis, vel ratione damni emergentis, vel ratione damnorum & intereſſe, ſaltim in foro conſcientiæ, ſi iſte dans pecunias ignorabat ſocietatem contrahi vltra valorem officij, vel quia fuit deceptus ab Officiali, vel quia valorem neſciebat. Rota *in Romana ſocietatis officij*, 12. *Februarij*,
109. 1601. coram Reuerend. Attrebaten. † vbi, licèt dicatur ſuſtineri ſocietatem vltra valorem officij propter ignorantiam contrahentium, intelligendum eſt ſuſtineri ad hoc, vt licitè fructus percipi poſſint: nam ſi ſciebat, vt quia ſumma pecuniarum ab ipſo data excedebat valorem officij, vel ſcire poterat; neque in foro poli, neque in foro fori licitè poteſt percipere fructus tanquàm prouenientes ex mutuo palliato. Rot. *in Romana ſocietatum*, 28. *Ianuarij*, 1591. coram Cardinale Blanchetto; *in Romana ſocietatis*, 10. *Maij*, 1604.
110. coram S. D. N. Gregório XV. † Et hoc clarè

clarè colligitur *ex Bulla* Pij IV. *ad finem*, in qua præcipitur Officialibus ſub pœna priuationis officij, vt ad requiſitionem ſecus contrahentium ſocietatem, teneantur exprimere ſocietates ſuper eodem officio contractas, vt not. Rot. *in d. Romana ſocietatum*, coram Blanchetto, & Caſtrac. *cap.6. num.* 4. Vnde, ſi Officialis tenetur exprimere, videtur etiam inferri, quòd dans pecunias poſſit, & debeat interrogare ne videatur affectare ignorantiam. † Quòd ſi non interrogat, ſibi im- 111.
putet, ſi nulliter contrahit. Rota *in Romana ſocietatis officij*, 12. *Februarij*, 1601. coram Ortembergo D. Decian. & Alex. *in l. ſi procurator. num.*4. *&* 5. *ff. de condit. indeb.* Quò verò ad valorem, ſi dans pecuniam neſciebat valorem officij, iuſta ductus ignorantia licitè poteſt fructus percipere, vt dixi; non tamen crederem adeſſe iuſtam ignorantiam, ſi contraheret ſuper officiis, quorum valor omnibus notus eſt, vel ſuper officiis, vt dicitur, Victurinis, ſuper quibus ſocietates quotidie contrahuntur, ſi priùs, ſe non informaſſet, an aliæ adeſſent ſocietates valorem officij abſorbentes.

112. Declara principalem concluſionem,vt ſocietas pro illa rata tantùm, pro qua excedit valorem officij, non ſuſtineatur. Rota *in Romana ſocietatis officij*, 12. *Februarij* 1601. coram Reuerendiſſ. Ortembergo; *in alia Romana ſocietatum*, 28. *Ianuarij* 1591. coram Cardinali Blanchetto; *in Romana ſocietatis*, 1604. coram S.D.N. Gregorio XV. *in Romana ſocietatum* 29.*Ianuarij* 1601. coram Illuſtriſſ.Millino Felic. *de ſociet. cap.* 9. *num.* 64. Caſtracan. *de ſo-*
113. *ciet. offic.cap.*6.*n* 7. Zacch.*num.* 101. † licèt Boccac. *de ſociet. num.*102. (vbi tamen non loquitur affirmatiuè) & *num.*126. velit, totum contractum eſſe nullum, & vtile per inutile vitiari: quæ opinio non videtur vera; quia ſumus in materia diuidua, in qua vtile per inutile non vitiatur. *l.* 1. §. *ſed ſi mihi*, & ibi Iaſ. *num.*7. & Alciat.*num.* 30.*ff. de verbor. obligat.* Caſſador. *deciſ.* 4. *num.* 4. *de penſion.* & in terminis ſimilibus. Rota *in Lucana Penſionis*, 17. *Februarij*,
114. 1592. coram Orano. † Et quia in hoc caſu ad iudicandum, an ſocietas contracta vltra valorem officij ſuſtineatur, etiam in parte, pendet à voluntate contrahentium, & à circunſtantiis facti. Rot.*in Ro-*

mana ſocietatis, 1. *Iulij* 1602. coram Cardinale Pamphilio: & in ſimili dixit Rota *in Romana ſocietatis officij*, 1. *Feburuarij* 1623. coram Rpd. Merlino ſuprà, *num.* 84. & clarum eſt contrahentes velle facere contractum meliori forma & modo, quo poſſunt.

Et quia poteſt eſſe difficultas, de quo 115. tempore valor officij debeat attendi; ideò dico debere attendi valorem de tempore initæ ſocietatis, & non de tempore quo officium fuit emptum, vt *ex Bulla* Pij IV. ibi: *Ita quòd ad requiſitionem ſecum ſocietates contrahentium teneantur in ipſo contractu ſpecialiter exprimere alias ſocietates.* Ex quibus verbis clarè videtur colligi, quòd attendi debeat valor de tempore contractus, quod etiam videtur innuere Nauarr. *conſil.* 29. *col.* 2. *lit.* 1. *de vſuris tom.* 2. Caſtracan. *de ſociet. offic. cap* 6. *num.* 5. Azor. *inſtitut. moral. lib.* 9. *cap.* 9. *in fin. par.* 3. † Et ratio eſt: quia officiorum valor augeri & 116. minui poteſt. *l. pretia rerum ff. ad leg. Falcid.*

FINIS.

FINE

BIBLIOTECA NAZ. ... VITT. EMANUELE

R. SALVALEZZA
RESTAURO
Via Val Sassina, 58
Tel. 899.223